Suppō cōfuſa copulata ē t'i' cōmūis ſupponēs mediate ſigno vl'i affirmatiuo determiat' formalr̄ vel virtualr̄. vt ꝑdicata iſtaꝝ oīs hō eſt aīal. oīs angel' eſt aliq̄ ſuſtātia nā ꝗuis ꝑdicatū ſcd̄e determietur ſigno particulari nichilomin' ſupponit confuſe qꝛ īpeditur a ſigno vl'i. ideoqꝫ dictū eſt ī diffinitiōe ſuppōnis particularis ſi nō īpediatur. ſ3 nota ꝙ logici iuniores īuenerūt vnū ſignū particulare qd eſt ly. b. talē illi tribuētes nām vt nullaten' poſſit īpediri a ſigno vl'i ſic vt ī hac ꝓpōne oīs hō ē. b. aīal ſupponat determinate. Dicitur ī diffinitiōe ſuppōnis cōfuſe virtualr̄ ꝓpt' t'os ſequētes ſigna ſpecialia cōfuſiōis q̄lia ſunt t'i nūerales ⁊ iſta verba ꝓmitto. requiritur. ⁊ alia de qb' ⁊ eoꝝ ꝓprietatib' videbis dū de oppoſitionib' determinabitur. ī hac ter cātaui miſſaz. ly miſſaz. ⁊ ī hac ꝓmitto tibi equū ly equ3. ⁊ in hac reqritur ad intelligēdū ītellect'. ly ītellect' ſupponūt cōfuſe diſiūcti. virtualr̄ eñ mediate ſequūtur ſigna vl'ia. ſicuti ſubiectū iſti' tm̄ hō eſt aīal de quo ī exponibilib'. īuenerūt etiā logici aliud ſignū confuſiuū qd eſt ly. a. qua tm̄ neceſſitate in cōtradictoriis videbis. ſubiectū in hac. a. homo nō eſt aīal ſupponit confuſe tantum.

¶ Suppoſitio confuſa copulata. eſt t'mus īmediate determinatus ſigno collectiuo. ſignū collectiuū eſt ſignū faciēs t'mu3 ſupra quē fertur ſtare pro oīb' ſuis ſigatis ſimul ſūptis et nō ꝓ qbuſcūqꝫ illoꝝ. vt ly oēs ī hac oēs apl'i dei ſunt duodeci. ſi capiatur collectiue facit ꝙ ly apl'i dei ſtet ſimul ꝓ oīb'. ⁊ nō ꝓ qbuſcūqꝫ aut quocūqꝫ illoꝝ: ſicut ſi caperetur diſtributiue. hoc cognoſces ex ꝓpōne q̄ ꝑaſuprā explicat. ſ. iſta. maxima collectio apl'oꝝ eſt duodeci. Scieſqꝫ vnū nūꝙ̄ ī ſingulari numero t'mu3 capi collectiue ſ3 tātū ī plurali.

Suppō cōfuſa copulata.

¶ Suppoſitio diſtributiua ſolet etiā diſtingui in ſuppoſitionē diſtributiuam pro ſingulis generū idest pro

quocūqꝫ indiuiduo aut ſuppoſito t̃mini diſtributi vt
hic oīs hō eſt aīal ly hō diſtribuit̃ ꝓ quocūqꝫ hoīe. eſt
igitur ſuppoſitio diſtributiua ꝓ ſinglis generū termi
nus diſtributus pro quocūqꝫ ſuo ſuppoſito. Alia eſt di
ſtributio pro generibꝰ ſinguloꝝ et eſt t̃minus diſtribu
tus ꝓ cuiuſlibꝫ ſpeciei aliquo indiuiduo. vt hic oē aīal
fuit ī archa Noe ly aīal nō diſtribuit̃ ꝓ quocūqꝫ aīali.
ſed ꝓ cuiuſliber ſpeciei aīalis aliquo aīali vt ſenſus il-
lius ꝓpōnis ſit de qualꝫ ſpecie aīal̃ aliquod aīal fuit ī
archa Noe. ſuppoſito de qual̃ꝫ ibi aliquod fuiſſe illa ꝓ
poſitio conceditur q̄ non cōcederetur ſi ly aīal diſtri-
bueretur ꝓ ſingul̃ generū. vocaturqꝫ iſta diſtributio in
cōpleta qꝛ particularitatē inuoluit. Preterea eſt alia
ſuppoſitio incōpleta et eſt terminꝰ diſtributus ꝓ duo
rū quol̃ꝫ ſicuti hic vterqꝫ hō diſputat. Plura alia circa
predictas ſpecies ſuppoſitiōis poterāt notari ſed quia
modo vobis difficilia eſſent. et ī ꝓceſſu curſus ſatis co-
pioſe videbitis ideo non amplius hiſs īmorandum.

## De aſcenſu ⁊ deſcenſu conſideratio ſecunda.

VIdiſti prima parte
preparationis huius quid ſit ꝯña et q̄d
bona et quid mala. plura tamen genera
ꝯñaꝝ ſubticuimus ne preparatoris offi-
ciū excederemus. Inter q̄ vnū eſt quod
vocatur deſcenſus. Aliud qđ dicitur aſcenſus. hic ꝓba
tiuus, veritatis ꝓpōnis. ille vero oſtenſiuus falſitatis.
Quia igitur oīa q̄ a logicis cōſiderantur ordināt̃ ad
cognoſcendū q̄ ꝓpoſitiones vere ⁊ que falſe operepre
cium eſt non nichil de aſcenſu ⁊ deſcenſu cōſiderare. po
tiſſimū cum oīa prerequiſita ad illoꝝ tradictionē viſa
ſunt cū ageretur de ſuppoſitionibꝰ quibꝰ aſcenſus et
deſcenſus enictuntur et iuxta numeꝝ illaꝝ numerant̃.
¶ Eſt igitur aſcenſus. ꝯña formalis in qua arguitur a
terminis inferioribꝰ ad terminū ſuperiorē cuꝫ conſtā-
tia ſe tenente ex parte antecedentis vt ſi ſic arguas iſte
homo eſt aīal et iſte homo eſt animal et ſic de ſingu-
lis et iſti hoīes ſunt oēs homines igitur omnis homo
eſt animal. Nec oportet dicere inferioribꝰ in ſupponen
do ad ſuperiorē in ſupponendo cū q̄libet que de ſigni
ficatione totali ſuperior eſt: eſt etiā in ſupponendo: ex
eo ꝙ non repugnabit ⁊c. vt dictū eſt. ¶ Deſcenſus eſt
cōſequētia formalis in qua arguitur a t̃mino ſuperio-
ri ad terminos inferiores cū conſtātia ſe tenēte ex par
te antecedētis. ſic arguēdo omnis hō eſt animal et iſti
hoīes ſunt oēs hoīes igitur iſte homo eſt aīal et iſte ho
mo eſt animal et ſic de ſingulis. Sequitur ex his iſtaꝫ
cōſequentiā eſſe deſcenſuꝫ. omnis chimera currit ⁊ iſte
chimere ſunt omnes chimere igitur iſta chimera cur-
rit ⁊ iſta chimera currit et ſic de ſingulis cū arguatur
iuxta diffinitionē deſcenſus impertinēs eni eſt ꝙ t̃mi-
ni ſupponant vel non vt aliqua conſequentia ſit deſcē
ſus aut aſcenſus.
¶ Conſequētia formalis pro nūc eſt. cui quelibet ſimi
lis eſt bona. exactius tractatu de oppoſitionibꝰ hanc ⁊
materialē cōſequentiā cognoſces. ¶ Conſtantia. eſt ꝓ
poſitio affirmatiua in qua predicatur t̃mus ſub quo fit
deſcenſus vel aſcenſus in numero plurali ſumptus cū
ſigno collectiuo de pronomine demoſtratiuo demon-
ſtrante oīa ꝓ quibꝰ talis terminus poteſt ſupponere.
vt iſta iſti hoīes ſunt oēs hoīes in preaſumptis exem-
plis. An tū ſic ponenda eſt conſtantia vel vt iuniores
quidam dicunt in oppoſitionibus examinabitur. ¶ Et
nota etiam ꝙ aſcenſus ⁊ deſcenſus poteſt fieri per ſin-
gularia vaga ⁊ per ſingularia d̾terminata que iā ſcis
que ſint. ſecuriꝰ tū facis per illa q̄ꝫ per iſta. Colligūn
tur ex his tres regule requiſite ad bonitatē aſcenſus
vel deſcenſus.
¶ Prima eſt. ad bonitatē aſcenſus vel deſcenſus opor
tet numerare oīa pro quibus terminus ſub quo aſcen
ditur aut deſcēditur vel ꝙ ponatur illa particula et ſic
de ſingulis. ¶ Secunda regula. coſtantiā oportet debi
te ponere hoc eſt ꝙ non ponatur ꝓ aliquo pro quo nō
poteſt ſupponere terminus ille. Et ꝙ ponatur ꝓ quo
libet pro quo talis terminꝰ natus eſt ſupponere.
¶ Tertia regula (quā ſeruare ad nomē cōſiſtit) eſt ꝙ
ad bonitatem deſcenſus requiritur ꝙ econtrario valet
aſcenſus ⁊ ad bonitatē aſcenſus ꝙ e diuerſo valeat deſcē
ſus. Ad hunc ſenſum ꝙ illud ꝙ eſt cōſequens in vna cō
ſequētia cū conſtātia inferat reſiduū añtis.

## ¶ Deſcenſus ſicuti aſcēſus quadru

plex eſt. ſ. copulatiuus. diſiunctiuus. copulatus. diſiun
ctus. Deſcenſus copulatiuus eſt deſcenſus quo arguit̃
a termino ſuperiori ad t̃minos inferiores ſumptos co
pulatiue vt ſic arguendo oīs homo eſt aīal et iſti hoīes
ſunt oēs hoīes ergo iſte homo eſt animal et iſte hō eſt
animal et ſic de ſingulis. Ex hoc ſcies aſcenſum copula
tiuum diffinire. Sed pro maiore hoꝝ declaratione con
ſiderare oportet ꝙ iſta coniūctio. et. poteſt capi dupli
citer vno modo copulatiue alio modo copulatim. tunc
capitur copulatiue quādo coniungit inter ꝓpoſitio-
nes ſignificatiue ſumptas vt ibi ſocrates currit plato
diſputat et in exēplo nuper aducto. Tunc capitur co-
pulatim quādo coniungit inter terminos qui nō ſunt
ꝓpoſitiones vt ſocrates et plato ſunt hoīes. ¶ Simi-
liter ly vel capitur dupliciter vno modo diſiunctiue a-
lio modo diſiunctī. Tunc capitur diſiunctiue quando
vnit inter ꝓpoſitiones vt ibi Cicero ſcribit vel ſocra-
tes loquitur. tunc capitur diſiunctim quādo vnit inter
terminos vt ibi Socrates vel Plato eſt diſputans.

Deſcēſus ⁊ aſcēſus quadruplex.

¶ Deſcenſus diſiunctiuus eſt deſcēſus quo arguitur
a t̃mino ſuperiori ad inferiores ſumptos diſiunctiue vt
ibi homo diſputat et iſti ſunt oēs hoīes ergo iſte hō di
ſputat vł iſte homo diſputat et ſic d̾ aliis. ecōtrario dif
finies aſcenſum diſiunctuꝫ. ¶ Deſcēſus copulatus eſt
deſcēſus quo arguitur a termino ſuperiori ad t̃minos
inferiores copulatim captos vt ibi omnes apoſtoli dei
ſunt duodecim ⁊ iſti ſunt omnes apoſtoli dei ergo iſti
apoſtoli et iſti apoſtoli dei et ſic de ſingulis ſunt duo-
decim. ¶ Deſcenſus diſiunctus eſt deſcēſus quo argui
tur a t̃mino ſuperiori ad t̃os inferiores ſumptos diſiū
tim vt hic omnis homo eſt animal ⁊ iſta animalia ſunt
oīa aīalia ergo oīs hō eſt hoc aīal vel hoc aīal vel hoc
aīal et ſic de ſingulis diffinies e diuerſo aſcēſuꝫ.
¶ Sed queres vnde cognoſces ſub quo t̃o ⁊ qua ſup
poſitiōe ſupponēte faciēdꝰ eſt iſte vel ille aſcenſus vel
deſcēſus. Ad qđ dico ꝙ q̄ttuor regule cōiter ponūtur
pro hoc cognoſcēdo iuxta q̄ttuor genera ſuppoſitio-
nū. ¶ Prima. ſub quolꝫ t̃o ſupponēte cōfuſe ⁊ diſtri-
butiue valet deſcēſus copulatiuus ⁊ aſcenſus dū modo
mobilr̃ ſupponat. ꝓ quo notes ꝙ ſuppoſitio etiam du
plex ē quedā mobil̃ et eſt t̃mus ſupponēs ſub quo valet
aſcēdere vel deſcēdere. ſuppoſitio īmobil̃ eſt t̃mus ſup-
ponēs ſub quo nō licet aſcēdere nec deſcēdere. vt ſunt
t̃i recti a ly preter. ſub illo t̃o hoīeꝫ in hac oē aīal pre
ter hoīeꝫ quieſcit ly hoīeꝫ et ſi ſupponat nō tū mobilr̃
nō eñ licet ſub illo aſcēdere nec deſcēdere. At dices igit̃
ī regula petitur principiū qꝛ idem eſt ꝙ valeat aſcēſus
vel deſcēſus ⁊ ꝙ mobilr̃ ſupponat. Et ꝙ nō valeat. et ꝙ
īmobilr̃. dico tibi ꝙ verū eſt. quare ego ꝓpoſita regu
la nō addita illa particula dū mō ſupponat mobilr̃. dice
rē regulā vt ī plurimū extra aliquot īſtātias eſſe verā

inſtātie huius ꝑme regule cōmuniter inueniuntur in exponibilibus de quibꝰ ibidē diximus. ¶ Secūda regula. ſub quolꝫ termino ſupponēte determinate valet deſcenſus ⁊ aſcenſus diſiunctiuus. hec etiā regula vniuerſal'r habet intelligi q₂ patitur etiā aliquot inſtantias. ſub termino eni ſumpto cū copula implicationis etſi ſupponat determinate nō valet aſcenſus nec deſcēſus diſiunctiuus vt ſub ly aīal ibi ſocrates qui eſt aīal diſputat. copula iplicatiōis dicitur illa q̄ a parte vnius extremi cū alijs t̄minis conſtituentibꝰ totale extremū ſūnitur aut plicatur vt i exēplo predicto. ſub alijs terminis etiā non valet vt in ꝓceſſu ſūmulaꝝ videbis.

¶ Tertia regula. ſub termino ſupponēte cōfuſe copulatim valet deſcēſus et aſcēſus copulatus. ¶ Quarta. ſub t̄ro ſupponēte cōfuſe diſiūcti valet deſcēſus ⁊ aſcēſus diſiūctꝰ. ſi inſtātias patiātur he regule videbis loco opportuno. Nota tn̄ ꝙ iſti duo modi aſcendēdi ⁊ deſcendēdi non deſſeruiunt ad ꝓbandas vel improbādas ꝓpoſitiones erunt tn̄ vtiles ad cognoſcendū genꝰ ſuppoſitionis terminoꝝ ſub quibꝰ fiunt ſi alias ignorant̄. nil eni aliud fit illis mediantibꝰ niſi ꝙ loco vnius termini incōplexi ponitur vnꝰ t̄rus cōplexus q₂ copulatū vel diſiunctū. Memineriſq₃ ꝙ diſiunctū per qd̄ fit deſcēſus aut aſcenſus diſiunctus oportet ſupponat eodē modo ſicuti t̄rꝰ ſub quo fit: quare iſta ꝯn̄a nihil valet a hō non eſt aīal et iſti hoīes ſunt oēs homines ergo iſte vel iſte vel iſte hō non eſt aīal an̄s eſt verū ⁊ cōſequēs falſum valeret tn̄ ſi ſic inferas ergo a iſte vel iſte hō ⁊c. nō eſt aīal. vt ly. a. determinet ⁊ confundat totū diſiunctū.

¶ Memineris etiā illius qd̄ i principio diximus. ſ. ꝙ deſcenſus fuit inuentus ad oſtendendā falſitatē ꝓpoſitionis ⁊ aſcenſus ad oſtendendā veritatem qd̄ ad hunc modū praticabis. ſi vis verbi gratia oſtendere falſitatē huiꝰ oīs hō eſt philoſophus ſic argues oīs hō ē philoſophus et iſti hoīes ſunt oēs hoīes igitur iſte homo eſt philoſophus ⁊ iſte hō eſt philoſophus et ſic de ſingulis cōſequētia eſt bona q₂ deſcēditur ſub termino diſtributiue ſupponēte copulatiue nō cōmiſſo errore ⁊ cōſequens eſt falſum ergo et an̄s ꝙ cōſequens ſit falſum patet cū ſingulares in quibꝰ demonſtro hoīes idiotas (plures quidē ſunt et philoſophie ignari.) ſint falſe et cōſtantia eſt vera relinquitur ergo ꝙ illa ꝓpoſitio ſub cuius ſubiecto fit deſcenſus eſt falſa. ¶ Si vis hāc oīs hō eſt aīal rationale verā probare ſic ꝓcedas iſte hō eſt aīal et iſte hō eſt aīal et ſic de ſingl'is et iſti hoīes ſunt oēs hoīes. ergo oīs hō eſt aīal an̄s eſt verū q₂ quelibet ſingl'is eſt vera et etiā conſtātia ergo ꝯn̄s eſt verū. q₂ ꝯn̄a eſt bona cū arguatur per aſcenſuz copulatiuū ſub t̄ro diſtributo nullo cōmiſſo errore.

¶ Quia tn̄ diximus ꝯn̄as p̄dictas tenere per aſcēſum aut deſcenſum nullo cōmiſſo errore. tibi animaduertēdū. ꝙ cōtingit errare aſcendendo vel deſcendēdo ſi circunſpectus non fueris. vt igitur errores ad id recte faciendū euites. Nota regulas ſequētes. Prima. cauendū tibi eſt ne aſcēdendo arguas a pluribꝰ determinatis reſpectu partiū multitudinis ad vnā determinatā reſpectu totius. hoc eſt a t̄ro in qualꝫ ſingulariū aſcendentiū ſumpto determinate reſpectu t̄roꝝ ſingulariū quibꝰ aſcēditur ſub t̄ro diſtributo ad ipſummet i aſcēſa ſumpto etiā determinate reſpectu t̄mini diſtributi: terminus eni diſtributꝰ ſolet vocari multitudo et partes multitudinis vocantur termini ſingl'es quibꝰ mediantibꝰ ſub illo aſcenditur. Iſta cōſequentia ſeu aſcēſus iſte nichil valet. Aliquod aīal eſt hic homo et aliqd̄ aīal eſt hic homo ⁊c. et iſti hoīes ſunt oēs hoīes ergo aliquod aīal oīs hō eſt rebus vt nunc an̄s eſt verum ⁊ cōſequens falſum. arguitur enim ab illo termino aīal pluries in an̄te ſumpto determinate q₂ in qualibꝫ ſingulariū reſpectu illoꝝ t̄roꝝ ſingulariū hic hō hic hō q̄ vocantur partes multitudinis aut diſtributiētis ad ipſmet in ꝯn̄te ſemel ſumpto determinate in ordine ad ly hō diſtributo a ly oīs q̄ vocatur multitudo. ¶ Sed ꝓ hoc errore euitādo notabis ſequentē regulā. ſi in aliq̄ ꝓpōe fuerit aliquis t̄rus ſupponēs determinate ⁊ aliꝰ ſupponēs diſtributiue prius ſub t̄mino ſtante determinate q̄₃ ſub exiſtēte diſtributiue tibi aſcendendū eſt et ſi fuerint plures ſtantes determinate priꝰ ſub quolibꝫ illoꝝ q̄₃ ſub aliquo ſupponēte diſtributiue. Si tn̄ euitabitur ille error addendo in aſcendētibꝰ t̄ro ſupponēti determinate relatiuū idētitatis: in cōtradictorijs videbis nunc ſerua predictā regulā. et ſufficit tibi.

¶ Secunda regula principal'. cauendū tibi eſt deſcēdēdo ne arguatur a confuſa ad determinatā reſpectu multitudinis. ideſt a t̄ro in deſcenſu ſupponēte confuſe ad ipſuz in deſcēdentibꝰ ſupponētez determinate. Hic deſcenſus nullus eſt. cuiuſlꝫ hoīs oculus nō eſt oculus: ⁊ iſti hoīes ſunt oēs hoīes: igitur iſtius hoīs oculus nō eſt oculꝰ: ⁊ iſtius hoīs oculus nō eſt oculus: etiā quia ille t̄rus hō in an̄te ſupponit confuſe tantū et in conſequente determinate reſpectu illius t̄ri. oculus. ſ. parte predicati qui eſt multitudo q₂ eſt diſtributꝰ ab illa negatione nō. Hunc errorē euitabis ſi facias t̄rum ſupponentē confuſe in deſcēſa eadē ſuppoſitione ſupponere in deſcendentibꝰ vt in ꝯn̄a ꝓpoſita ſi ſic ſumas ſingulares: iſtius hoīs a oculus nō eſt oculus. iam diximus logicos vti ly. a. tāq̄₃ ſigno confuſiuo.

¶ Tertia regula principalis. faciendū eſt aſcendendo aut deſcendēdo ꝙ t̄ri ſub quibꝰ nec aſcenditur nec deſcendit maneant eodē modo quo ad oēs ꝓprietates logicales. ſ. ſuppoſitionē ampliationē qd̄ etiā ſcies ſeruare dum omnia iſta cognoſcas.

¶ Quarta regula. cauendū tibi eſt aſcendēdo aut d̄ſcēdendo ne cōmitas aliquē de erroribus qui ſolent etiaꝫ in alijs materijs bonitatē cōſequētie ipedire. ¶ Plura alia circa hāc materiā videbis dum d̄ oppoſitionibꝰ diſſeretur: ſufficiat nunc aliquātulū te ad illa p̄paraſſe.

## De relatiuorū ſuppōe: cōſideratio tertia.

*De relatiuis conſideratur.*

Cum relatiua grāmaticalia dependentē habeāt ſignationeꝫ ac ſuppoſitionē a ſigatiōe ⁊ ſuppōne ſuorū an̄tiū peculari egent conſideratione. Quid igit̄ ſit relatiuū et quotuplex q̄literq₃ ſupponat ⁊ ꝓ quo cōſiderabimꝰ. ¶ Relatiuū ſic cōmuniter diffinit̄ eſt antelate rei recordatiuū. ac ſi dicerent relatiuū eſt ſignū nobis ſecūdario ſigans rem priꝰ ꝑ ſuū an̄s ſigatā. Ex quo habes ꝙ ſi relatiuū non haberet an̄s cuiꝰ ſigatū iportaret nullatenꝰ ſigaret. dependēti. n. ſigatione iponebat̄ ideoq₃ idē relatiuū res oīo diſparatas ac diuerſas ſigat (ſaltē i voce ⁊ i ſcripto) pōt. n. t̄ros oīo diſparatos referre ſicuti ibi angelus eſt ſubſtātia ⁊ ille loq̄tur. hō diſputat ⁊ ille legit. De mō tn̄ quo i mēte ſe hn̄t relatiui tibi libro ꝑiher. tradimus.

*Capło. vſ.*

¶ Bipartitūq₃ ē relatiuū: nā quodā eſt ſubſtātie aliud accidētis. Relatiuū ſubſtātie eſt qd̄ ex ſuo mō ſigandi nō iportat denominationē accidētalē ſicut ſunt iſta. ille. iſte. qui. ipſemet. ⁊c. Relatiuū accidētis eſt qd̄ iportat ex ſuo mō ſigandi aliquā denominationē accidētalē. ſicut ly talis. q̄lis. quātꝰ. ⁊ tantus ⁊c. Nā duo p̄ma iportāt denoīationē q̄litatiuā. ſ. eſſe albū aut nigrū. logicū aut grāmaticuz. et duo vltia iportāt d̄noīationē q̄ntitatiuā. ſ. eē bicubitū aut tricubitū etiā

*Relatiuum duplex ſubſtātie ⁊ accidentis.*

nullā tñ talē importat relatiuū ſubſtantie. ſi tñ ibi albū diſputat ⁊ illud legit importet relatiuum: quod ſuū añs albū. ſ. ideoq̃ videatur importare denominationē accidentalē. Dico ꝙ ex ſuo modo ſignificandi ⁊ refferendi non habet importare album aut nigrū. quia hic apte reffert homo loquitur ⁊ ille mouetur. et tamē nec hoc nec illud importat ſi tamen aliquādo refferat terminū importantē denominationē accidentalē non eſt quia ex ſuo modo ſic refferat ſed quia cōtingit rem importatā ꝑ ſuū añs ſic denominari aut tali diſpoſitione affici. Nec hic tibi curandū de diuerſis acceptionibus quibus relatiuū ſolet ſūmi. ſ. indiffinite demonſtratiue et interrogatiue. ad conſiderationē enim grāmaticoꝝ pertinent. logico tantū conuenit relatiuū grāmaticale vt relatiue ſūmitur conſiderare.

Relatiuum duplex idēptitatis ⁊ diuerſitatis.

## Relatiuum ſubſtantie ad huc duplex

quodā eſt diuerſitatis aliud vero idēptitatis relatiuū ſubſtantie idēptitatis eſt quod pro eo tantuȝ pro quo accipitur ſuū añs accipi denotatur vt ſunt. ipſe. ille. qui. ⁊c. Relatiuū ſubſtantie diuerſitatis eſt quod nō denotatur accipi pro illo pro quo ſuū añs accipitur. etſi aliquādo pro eadē accipiatur. vt hic homo mouetur et alius diſputat. ſi ſupponas ſocratē et platonē diſputare: ſimul ac moueri ly homo pro vtroque ſupponit ⁊ ly alius ſimiliter denotatur tamen pro alio accipi. Et q̃zuis ly ali⁹ in hac hic homo loquitur Socrate demōſtrato ⁊ alius legit. ly. alius. non ſtet pro illo ꝓ quo accipitur ſuū añs nichilominus eſt antelate rei recordatiuū quādoquidē ſignificat saltē de formali rem ꝑ ſuuȝ añs importatā nam ibidē de materiali ſignificat platonē cōnotando eſſe aliū a ſocrate igitur ſocratē de formali ſignificat. Etiā negat idēptitatē inter duo extrema. ſ. ſocratem et alios hoīes igitur ſocratē et alios ſignificat q̃zuis diuerſimode.

relatiuū reciprocū ⁊c.

## Relatiuum ſubſtantie idēptitatis

etiā duplex eſt quodā reciprocū quodā non reciprocū. Reciprocū eſt. quod denotat aliquā habitudinē ſeu modū ſe habēdi rei importate per ſuū añs in ordine ad ſe ipſam vel in ordine ad aliquid ſui vt ly ipſemet ibi ſocrates eſt ipſemet ſignificat hominē cōnotādo eſſe idē ſibi. Etiā ly. ſe. ibi ſocrates videt ſe. ſignificat ſocratem cōnotando viſionē ſui ipſius ad ipſuȝ terminari. ⁊ ly. ſuū. ibi plato docet filiū ſuū. ſignificat platonē cōnotando doctrinā eiuſdē in ordine ad aliquid ſui puta filiū. et hoc relatiuū duplex eſt primitiue et deriuatiue ſpēi. Relatiuū non reciprocū eſt quod non importat predictam habitudinem vt ly qui ille. ⁊c.

relatiuū accidentis duplex.

## Relatiuuȝ accidentis etiā duplex

quodā idēptitatis aliud diuerſitatis. idemptitatis eſt quod iportat aliquā ſimilitudinē vel equalitatē vt ly qualis. talis tantus. et quātus. Relatiuuȝ diuerſitatis eſt quod importat aliquā diſſimilitudinē aut inequalitatē. vt ly difficilis ly maior aut minor. nec inconuenit relatiua aliqua eſſe nomina aliqua pronoīa.

De mō refferēdi relatiui differit

## De mō refferēdi relatiui deq̃ȝ ei⁹

ſuppoſitiōe q̃ȝ breuiſſime differendū eſt. Pro quo animaduertito ꝙ ſi relatiuū ponatur in propoſitione in qua ponuntur plures termini ꝙ pōt indiferenter quēcūq̃ refferre ſeruata cōgruitate grāmaticali. verbi gratia ī hac copulatiua ſocrates eſt homo ⁊ leo eſt ille. hoc relatiuū ille pōt indiferenter refferre ſubiectū aut predicatū prime cathegorice aut ſubiectū ſecunde. Quare idē pōt refferre in propoſitione cathegorica. hypothetica. diſiunctiua. copulatiua ⁊c. Obidq̃ diſtinguenduȝ de relatiuo ſumpto cum pluribus terminis an hoc vel illud refferat.

Quid abſolute refferre ⁊ quid reſtricte.

## Secundo notato q̃d relatiuuȝ pōt

dupliciter refferre vno modo abſolute. alio modo reſtricte. Tunc reffert abſolute quādo reffert ſuū añs ꝓ illo pro quo accipitur vt in iſta homo eſt alb⁹ ⁊ ſocrates eſt ille. ſi ly ille refferat abſolute illū tñuȝ hō reffert illū pro hoīe et quolibet hoīe. q̃ȝ ſoluȝ ſupponit ꝓ illo et omni illo ꝓ quo ſuū añs poſitū ibi ſupponeret. Eodē modo dicendū eſt ſi ponatur in diſiunctiua cōdicionali ⁊c. Refferre reſtricte eſt refferre ſuū añs ꝓ illo tantū pro quo verificatur aut denotatur verificari propoſitio ſui añtis vt in predicta copulatiua ſi ly ille refferat reſtricte tantū reffert ꝓ hoīe albo et pro illo ſupponit ſic dices ſi ſimiliter refferat in diſiūctiua ⁊c.

Sed eſt perſcrutandū in qua ꝓpōne iuxta cōmunē modū cōcipiendi refferat abſolute. vel reſtricte q̃zuis hoc vel illo modo refferre ſit ſibi in qualibet ꝓpoſitione poſſibile ac indifferens. Pro hoc diſſoluendo ſint tria dicta. primū. in cōmuni modo cōcipiendi abſurdū eſt relatiuū in ꝓpōne copulatiua refferre abſolute q̃ȝ alias iſte eſſent concedēde (quequidē male ſonant) angelus eſt beatus ⁊ ille eſt dānatus. Homo eſt ſtudioſus et ille eſt ebrioſus. q̃ȝ ſenſus prime eſſet angel⁹ eſt beatus ⁊ angelus eſt dānatus et ſecūde hō eſt ſtudioſus ⁊ homo eſt ebrioſus. Secūdū dictū. relatiuū in copulatiua reffert reſtricte iuxta cōmunē modū concipiēdi quare predicte ꝓpōnes ſunt negāde cuȝ ſenſus prime ſit angelus eſt beatus ⁊ ille qui eſt beatus eſt dānatus. Et ſenſus ſecūde eſt. hō ē ſtudioſus ⁊ ille q̄ eſt ſtudioſus eſt ebrioſus. Tertiū dictū. in diſiunctiua oppoſito modo dicendū eſt. ſ. ꝙ reffert ibidē relatiuū abſolute ⁊ nō reſtricte alias iſte eſſent negāde ſocrates currit vel ille quieſcit. plato diſputat vel ille tacet. quo nichil abſurdi⁹. nō tñ negarentur ſi abſoluta eſſet relatio vt patet ſenſus illaꝝ explicāti. idē dices ſicut de diſiūctiua de cōdicionali. Quartū dictū. relatiuū poſitū in eadē cathegorica cū ſuo añte reffert abſolute. Sed notato ꝙ ſiue in eadem cathegorica ſiue hyppothetica ſi añs ſūmatur in ordine ad vnā copulā ⁊ relatiuū ī ordine ad aliā ꝙ relatiuū nō ſupponit in ordine ad copulā añtis. ſȝ ſecūdū exigētiā ſue copule. vt ibi Adā qui fuit eſt ly adā nō ſupponit ly q̄ etiā. cū ſua copula ſit ly fuit.

De ſuppoſitione relatiuorum.

## Pro ſuppoſitiōe relatiuoꝝ cognoſcēda

ſint aliquot regule prima. oē relatiuū nō reciprocū tam ſubſtantie q̃ȝ accidētis ſupponit aut accipitur ſcōm exigentiā ſigni ſupra ipſuȝ cadētis. vel ſcōȝ regulas ꝓ ſuppoſitione tꝫoꝝ abſolutoꝝ datas. vt ibi aliq̄s hō loquitur et ille diſputat ſupponit determinate. Et ibi aliquis hō mouetur ⁊ quilȝ hō eſt ille ſupponit cōfuſe tātū. Et hic aliquis hō legit ⁊ oīs ille quieſcit. ſupponit diſtributiue. eodē modo dices in his aliquis leo eſt albus et talis eſt draco. aliquis leo rugit et oīs draco eſt talis. aliquis leo fremit et omnis talis eſt leo ⁊c. Vel ſupponit ſicut añs ſuo loco poſitum.

Scōa regula.

## Omne relatiuū reciprocū ſuppo

nit aut accipitur eadē ſpecie ſuppoſitiōis aut acceptionis qua ſuuȝ añs. in hac ſocrates eſt ipſemet ſupponit diſcrete. Et ibi hō eſt ipſemet determinate. Et ibi quilibet eſt ipſemet ſupponit diſtributiue. illa tñ diſtributio ſolet vocari ſigillata obid ꝙ aſcenſu aut deſcenſu facto ſub añte ſimul aſcenditur aut deſcēditur ſub relatiuo. a diſtributione tñ ſigillata ad nō ſigillatā ſeu abſolutā nō valet ꝯña q̃ȝ nō ſequitur oīs hō eſt ipſemet ergo oīs hō oīs hō ē. Et ſciēdū tibi ē ꝙ loco relatiui reciproci licet ponere ſuū añs ſeorſuȝ et abſq̃ ſigno ſic vt ꝯña a ꝓpoſitione in qua ponitur relatiuum ad propoſitionē in qua loco illius ponitur ſuum añs vt predictū eſt valet

argumentum. bene enim ſequitur. oĩs hõ eſt ipſemet ergo oĩs hõ eſt hõ. omnis leo videt leonẽ ergo oĩs leo videt leonẽ ecõuerſo tñ non valet.

¶ Tertia regula. relatiuũ diuerſitatis ſiue ſubſtãtie ſit ſiue accidẽtis ſupponit aut accipit quãdo refert añs ſingulare pro alio ab illo pro quo eius añs ſupponit. vt Socrates currit et alius quieſcit hic leo rugit ⁊ aliꝰ mouetur. ſi tamẽ referat añs comune et ſi non accipiatur pro alio ab illo pro quo accipitur ſuũ añs tñ denotatur accipi ꝓ alio vt in qualibet iſtarũ quilibet homo currit et alius mouetur. aliquis homo legit et aliꝰ diſputat et añs pro quolꝫ hoĩe et relatiuũ ſimilr̃ ſupponit. ſimile dices de relatiuis accidẽtis. ¶ Et aduertes ꝙ non inconuenit relatiuũ ſupponere et non añs aut econtra de primo patet ibi Adam eſt et ille fuit de ſcdo vt ibi Adam fuit et ille eſt. ¶ In tribus tñ caſibus ſolet dici relatiuũ diuerſitatis non ſupponere. primo qñ añs nõ ſupponit vt ibi adam eſt et alius ab eo legit qꝛ nihil dicitur eſſe aliud ab aliquo quod nõ eſt ſimul cuꝫ illo. ſecũdo quãdo añs eſt tranſcendens vt ibi ens currit et aliud ab eo mouetur nichil enim eſt aliud ab ente Tertio modo (dicunt) ſi addas illi aliqueꝫ terminũ ratione cuiꝰ nõ poſſit ſupponere vt ibi hõ diſputat ⁊ aliꝰ ab eo exiſtens chimera legit. ſed hoc non ſolũ relatiuo diuerſitatis ſed cuicũq; cõuenit. Addas tu etiã ꝙ non ſupponit etſi ſuuꝫ añs ſupponat quãdo añs nõ ſupponit in ordine ad copulã ſue ꝓpoſitionis vt ibi antexp̃s erit et alius ab eo eſt. Plura alia circa iſtã relatiuorꝫ materiã ardua ac difficilia in proceſſu ſumularum videbis que tibi modo nõ expedit in mediũ afferre.

Tertia regula.

## De ampliatione ac reſtrictione conſideratio quarta.

Proprietas alia conueniens termino in ꝓpoſitione eſt ampliatio. que abſq; reſtrictione q̃ ei opponitur minime valet intelligi. conuenit etiã reſtrictio t̃mino in ꝓpõne. cõſiderandūꝫ ergo venit de ampliatione ac reſtrictione. lꝫ qꝛ ſtatus mediũ quodã eſt inter illa obid de ipſo etiã hic differendũ ¶ Pro intelligentia igitur horũ aduertẽdũ eſt ꝙ ſicut ampliatio vulgariter aut realr̃ ſumpta nil aliud eſt q̃ rei alicuſus extenſio aut dilatatio. ſic ampliatio vt a dialecticoſũmitur nil aliud eſſe videtur q̃ ſuppoſitionis t̃mini extenſio. et ſicut dilatatio alicuiꝰ rei fit per hoc ꝙ maiorẽ ocupat locũ quẽ non ocuparet ſi nõ extẽderetur vt dum plumbũ extenditur aut cera. ſic dilatatio ſuppoſitionis fit ex hoc ꝙ ꝓ pluribꝰ ſupponit terminꝰ q̃ꝫ ſupponeret abſq; illa vel pro aliquo ꝓ quo nõ ſupponeret illa ſecluſa. ecce ex quo ſumpta eſt ethimologia vocabuli. diffinitio tamen eius. ſic ſolet aſſignari. ¶ Ampliatio eſt terminus ſupponẽs reſpectu termini duas aut plures temporꝫ diferencias ſub diſiunctione importantis. vt quodlibet extremum harum ꝓpoſitionũ homo eſt vel erit animal. angelus eſt vel fuit ſubſtantia. dicitur ampliatio quia ſupponit in ordine ad illud diſiunctum eſt vel erit quod duas importat temporum diferentias. certe illi termini non ꝓ tot ſupponerent ſi in ordine ad terminum vnam temporis diferentiã importanteꝫ ſumerentur. dilatate igitur ſunt eorũ ſuppoſitiões. dicitur in diffinitiõe reſpectu termini ſub diſiunctione tẽporis dr̃as importãtis quia predicatum huius ꝓpoſitionis Adam eſt et fuit animal nõ ampliatur q̃ꝫuis ſupponat in ordine ad terminũ importantẽ plures tẽporũ dr̃as obid ꝙ nõ importat illas ſub diſiunctione: quod ex hoc etiam cognoſces quia non pro pluribus ſupponit q̃ ſi in ordine ad vnã ſupponeret. ꝓ pluribꝰ eñ ſupponit hic hõ ẽ aĩal ⁊ hic homo fuit aĩal q̃ ibidẽ qꝛ plures ſunt qui modo ſunt ⁊ plures qui fuerũt q̃ꝫ qui ſimul ſunt ⁊ fuerũt vel ſaltẽ nõ repugnat eſſe plures. bene tñ ecõuerſo vt patet conſiderãti. Etiã hic antechriſtꝰ põt eſſe aĩal extrema ampliãturqꝫ ſũmitur ĩ ordine ad ly põt qui quattuoꝛ importat tẽporis diferẽtias. et huius extrema ad quinq; Socrates imaginatur chimera. ly imaginatur quinq; (vt dicunt) ĩportat tẽporis diferentias.

¶ Pro quo notato qꝺ diferẽtie tẽporis ſunt tres p̃ſentis. ſ. preteriti ⁊ futuri. qꝛ tñ aliquod tẽpus poſſibile eſt: qꝺ nec eſt: nec fuit: nec erit: addiderunt logici quartã tẽporis diferentiã ſcilicet poſſibilie. Et qꝛ vnuſquiſq; ſuo intellectu poteſt imaginari vltra iſtas quattuoꝛ diferẽtias aliã addiderũt quintã quam vocarunt tẽporis imaginabilis diferentiã. ¶ Rurſus notato. ꝙ copula de preſenti ĩportat vnã tẽporis diferẽtiã duntaxat reſpectu cuiuſcũq; t̃mini ſiue ſequentis ſiue p̃cedẽtis ipſaꝫ. ſed copula de preterito reſpectu termini ſequentis ipſaꝫ importat dr̃am ſolũ tẽporis preteriti ⁊ reſpectu t̃mini p̃cedentis ĩportat duas. ſ. p̃ſentis et preteriti et ĩportat illas ſub diſiunctiõe quare ſubiectũ in iſta Adã fuit aĩal ampliatur nõ tñ predicatũ. Copula de futuro ĩportat etiã duas tẽporis dr̃as ĩ ordine ad precedẽtẽ t̃ruꝫ in ordine vero ad ſequentẽ vnã. quare ſubiectũ iſtius antixp̃s erit hõ ampliatur et nõ p̃dicatũ. Copula vero de poſſibili ſicuti ly põt ĩportat quattuoꝛ dr̃as tẽporis ⁊ ſub diſiũctiõe tam in ordine ad t̃minũ ſequentẽ q̃ꝫ precedentẽ. extrema iſtiꝰ ampliantur ad quattuoꝛ ethiops põt eſſe albꝰ. Copula (quã de imaginario tẽpore appellant). importat reſpectu vtriuſq; t̃mini tam p̃cedẽtis. ſ. q̃ ſequẽtis quinq; tẽporis dr̃as. extrema ampliãtur in hac leo imaginat̃ equs. ad quinq; tẽporis dr̃as. ¶ Ampliꝰ ſi copula ſit copulata vt hic Socrates eſt et fuit aĩal Plato eſt et erit ſubſtãtia. importat plures dr̃as tẽporis ſub diſiũctiõe in ordine ad t̃rum precedentẽ in ordine vero ad ſequentẽ ſub copulatiõe quare ſubiecta predicatorꝫ ꝓpõnũ ampliantur et non predicata.

¶ Dices tñ qꝺ videtur tibi pro libito et abſq; rõne ꝙ oĩa predicta cõmunr̃ aſſerũtur. vñ de petes ſumpſerũt anſam: aſſerendi ſubiectũ iſtiꝰ hõ fuit aĩal: ampliari a ly fuit et non predicatũ: niſi qꝛ ſic placuit. et cõſequenter de ceteris. Dico tibi ꝙ nõ in oĩbꝰ inepte aut irrationabilr̃ ꝓceſſerũt. quin potiꝰ plura predictoꝝ. iuxta cõmunẽ cõcipiendi ac intelligendi modũ tradiderunt. iuxta quem logici ſuas regulas habent multiplicare. Sed qꝛ in hiis ꝓpoſitionibꝰ homo fuit aĩal leo eſt et erit aĩal ⁊ ſimilibꝰ predicatũ nõ ampliatur ſꝫ reſtringit̃. et in iſta hõ eſt aĩal extrema non ampliantur nec reſtringuntur ſed dicũtur ſecundũ ſtatũ ſupponere operepreciũ eſt priꝰ iſta perfunctorie tãgere et ſtatim oſtẽdere conaboꝛ qua ratione p̃dicta comũes aſſerãt. Cognitio. n. iſtoꝝ ad alud etiã deſſeruiet.

Querit̃ rãtio ampliationis.

¶ Reſtrictio realiter et vulgariter ſumpta dicit̃ alicuiꝰ rei coartatio aut ſuiipſiꝰ in ſeipſaꝫ collectio. ſic reſtrictio logica erit ſuppoſitionis t̃mini conſtipatio. et ſicut cõdenſatio aut coartatio realr̃ fit ex hoc ꝙ res minorẽ locũ ocupat q̃ꝫ ocuparet ſi nõ ſic conſtiparetur. vt dum cera dureſcit aut cõſtrigitur. ſic dialectica reſtrictio eſt aut fit ex eo qꝛ t̃mus qui ꝓ pluribꝰ haberet ſupponere ſupponit ꝓ paucioribꝰ aut pro aliquo ꝓ quo ſupponeret non ſupponit propter illam. et ſic conſueuit deſcribi reſtrictio. eſt t̃minus ſupponens ꝓ paucioribus ratione alteriꝰ t̃mini aut nõ ſupponẽs

De reſtrictiõe determinatur.

pro aliquo pro quo ſupponeret illo t'ro ſecluſo. ĩ hac ꝓpoſitiõe hõ fuit aĩal predicatum pro pauciorib⁹ ſupponit q̃ȝ ſupponeret ſi non ſequeretur ly fuit qꝛ pro preſentibus et preteritis ſupponeret. ſupponit tñ ſoluȝ ꝓ preteritis vel nõ ſupponit pro aliqbus pro quibus ſupponeret qꝛ pro preſentib⁹. igitur ly fuit reſtringit ly aĩal. in hac plato logicus diſputat ly plato nõ ſupponit pro platone logicā ignorante ratiõe de ly logicus quo ſecluſo ſupponeret. cõſimiliter dices de ꝑdicatis iſtarũ Socrates eſt et fuit hõ. ante xp̄s erit aĩal. Dicitur ĩ diffinitiõe ſuppoſitionis qꝛ t'rus quoad acceptiõnē nõ reſtringitur cũ pro oĩ ſuo ſignato accipiatur cũ quacũq; reſtrictione ſumatur. ❡ Et quantũ ad hoc eodē mõ dicitur de ampliatione ꝙ oportet ſit t'rus ſupponens. qꝛ quoad acceptionē nõ ampliatur in quacũq; ponatur ꝓpoſitione propter conſimilē cauſam ꝓpterea ly chimera non ampliatur ibi chimera põt eſſe: dicitur tñ ampleteneri qꝛ in ordine ad copulā importantē plures tēporũ dr̃as. Hoc tñ ad nomē eſt. ❡ Conſueuit etiā diſtigui ꝙ duplex eſt ampliatio quedā ſuppoſitoꝝ alia tēporũ. ampliatio ſuppoſitorũ eſt t'rus cõmunis ampliatus ob id ꝙ ꝓ pluribus habet ſupponere ratione ampliationis q̃ȝ illa ſecluſa. Ampliatio tēporũ eſt t'rus ſingularis ampliatus qꝛ q̃ȝuis in ordine ad plures dr̃as tēporis ſũmatur non tñ pro plurib⁹. Claret ex hijs ꝙ oĩs ampliatio ſuppoſitorũ eſt tēpoꝝ non tamen ediuerſo.

❡ Reſtrictio tñ quadruplex eſt· quedā tēpoꝝ tantum. vt ly ſocrates ibi aĩal fuit ſocrates. quedā ſuppoſitorũ tantũ non tēpoꝝ. vt ly hõ ibi hõ albus eſt vel fuit aĩal. Quedā ſuppoſitorũ et tēporũ vt ly ſubſtantia ibi ſbã fuit ſubſtantia. Quedam nec tēporum nec ſuppoſitoꝝ vt ly plato ibi plato logicus diſputat.

De ſtatu.

❡ Status realiter ſumptus eſt res q̃ nec dilatatur nec cõſtringitur. cũ cera nec liqueſit nec indureſcit. Sic ſtatus logicus eſt t'rus nec reſtrict⁹ nec ampliatus vt extrema iſtius ꝓpoſitionis hõ eſt aĩal dicuntur ſupponere ſcd̃m ſtatũ vel eſſe ſtatus. ſi tamē caperes ibi copulā fuit cũ diſiunctione ambo extrema eſſent ampliationes. ſi tñ caperes cũ copulatiõe predicatuȝ eſſet reſtrictio. Solet tñ diſtingui ꝙ duplex eſt ſtatus quidā ampliationis de quo dictũ eſt. alius ſuppoſitionis ⁊ eſt t'rus cõmunis ſuppoſitionis nullo ſigno determinatus. vt extrema hui⁹: angelus eſt ſubſtãtia. quibus viſis ad queſtionē qua querebas harũ ampliationũ ac reſtrictionũ rationē reſtat reſpondere. Ad qđ per aliquot regulas reſpondeo.

Prima regula.

❡ Prima regula. verbũ preteriti tēporis quēlibet t'rum precedentē ab ipſo rectũ ampliat ad illud quod eſt vel fuit quod eſt dicere ad duas tēporis dr̃as ⁊ quēlibet ſequentē reſtringit vt ſtet pro illo quod fuit. dicitur ab ipſo rectũ qꝛ q̃ȝuis ly hõ ĩ hac hõ qui eſt fuit aĩal precedit ly fuit nõ tñ ampliatur. nec ly aĩal ibi reſtringitur hõ qui fuit eſt aĩal qꝛ nõ regitur a ly fuit. ❡ Et ratio huius diferētie. ſ. ꝙ reſtringat copula de preterito t'ruȝ ſequentē ⁊ ampliet precedentē. eſt modus ſiḡandi illius verbi. ſed ſi petas vnde cognouerunt aut habuerũt logici hunc modũ ſignificandi. Dico tibi ꝙ cognouerunt ex cõmuni modo concipiēdi iuxta quem alique propoſitiones veniunt negāde alique concedende ex quo predictam regulā elicuerunt. Nam iſta conceditur in caſu vero ſcilicet ꝙ adā fuit ⁊ nõ eſt. adam fuit aĩal. Ex cuius conceſſione habetur ꝙ terminus p̄cedēs ſicut eſt ly adā nõ ſupponit ꝓ illo qđ ſolũ fuit. Etiā hec a cõmuniter concipientibus conceditur hoĩs equs fuit animal caſu quo nunc primo ſit Socrates et poſſideat vnũ equum qui ante hoc fuerit. Ex cui⁹ conceſſione habetur ꝙ terminus precedens ſicut eſt ly hominis nõ ſupponit pro illo qđ ſolũ eſt. Relinquitur igitur ꝙ terminus precedens copulā de preterito põt ſupponere pro illo quod eſt aut fuit aut quod ſimul eſt et fuit ſicut ly Socrates in hac ſocrates fuit animal caſu quo ſit et fuerit. Et ex conceſſione predictarũ et negatione huius plato fuit animal caſu ꝙ ſit ⁊ nõ fuerit. Et negatione etiā huius Cicero fuit homo albus caſu quo ſit et fuerit et nunc primo ſit albus. elicitur ꝙ terminus ſequens tantũ ſupponit ꝓ illo quod fuit reſtringit ergo copula de preterito terminũ ſequentē. ❡ Argues tamē cõtra hanc regulā ⁊ eius ſuaſionē. Quia ex illa ſequitur has ⁊ plures illi ſimiles eſſe cõcedendas. Dauid in vtero matris ſue debellauit Goliā. Ceſar triũ annorũ ſuperauit Pompeiuȝ. Carolus imperator in Hiſpania manēs expugnauit Tuniziũ. idē tranſuect⁹ in Affricā manſit in Hiſpania. Cicero viuens fuit capite multatus. Virgo fuit meretrix. Iuuenis fuit ſenex. que quidē non ſolũ iuxta cõmunē modũ concipiēdi falſe ſunt. ſed abſurdũ etiā eas concedere videtur. ❡ Ad hoc dico ſequi ex regula predictas propoſitiones eſſe concedendas. ſi tamē falſe ⁊ abſurde videntur aliquibus: eſt quia conſueti ſunt illis ⁊ ſimilib⁹ vti in ſenſu in quo vt in plurimuȝ ſiunt et, non in ſenſu riguroſo quē faciunt virtute ſermonis. prima illarũ vtuntur in hoc ſenſu Dauid tēpore quo fuit in vtero matris ſue debellauit Goliā. Tertia in hoc. Carolus imperator tēpore quo manebat in Hiſpania expugnauit Tuniziũ. Et vltima ĩ hoc. iuuenis tēpore ſue iuuētutis fuit ſenex. Et ſic de alijs. nam vtuntur illis ac ſi ſubiecta illarum reſtringerentur pro tēpore quo ſue cognotationes ſibi conueniunt. Si tñ vterentur illis in ſenſu quē virtute ſermonis faciũt certe nõ ſibi abſurdũ videretur eas concedere ſicut nec de alijs de quib⁹ prius dictũ eſt videtur. Eſſet ſenſus prime ſic explicādus Dauid qui eſt vel fuit aliquo tēpore ĩ vtero ſue matris debellauit in aliquo tēpore Goliā. Tertie ſic imperator qui manēs vel aliquādo manebat in Hiſpania tēpore videlȝ quo duxit vxorē. expugnauit aliquo tēpore tuniziũ. conſimiliter aliarũ dabis ſenſus. Ex quo ſequitur ampliationē predictā ſicut et oēm aliaȝ eſſe diſiuntiue explicandā manifeſtādo ſub diſiunctione dr̃as tēporũ in ordine ad quas ſũmitur terminus ampliatus. Hoc habet intelligi ſi nõ ſit impedimentũ ex parte alicuius reſtrictionis vel alias.

Secũda regula.

❡ Secunda regula que ſolet poni eſt. omne participiũ preteriti tēporis exiſtēs totale predicatũ aut principalior pars predicati in recto vel ſi ſit adiectiuũ partis principalioris ampliat terminos ſequētes ad duas tēporis dr̃as. ſ. ad illud quod eſt vel fuit et reſtringit ſequentes pro illo quod fuit. vt in hac propoſitione Adam eſt preteritus ly adam ampliatur. Ibi tñ preteritus eſt adam reſtringitur ꝓ preterito. Ratio huius regule eſt conſimilis rationi precedentis. Notes tamē ꝙ ſi predictũ participiũ inueniatur in obliquo ſolum ampliat ſuũ ſubſtantiuũ. vt in iſta Cicero habet filium doctũ ly filiũ duntaxat ibi ampliatur ad illud quod eſt vel fuit. Hic tamen Cicero fuit homo doctus et ly cicero et ly homo ampliantur. Ex hac regula ſequitur etiā aliquot propoſitiones eſſe concedēdas que primo aſpectu falſe apparent de illis tamen dicendum eſt ſicut de illis de quibus in prima regula. iſte veniũt cõcedende in caſib⁹. ianua aperta ē clauſa. et ianua clauſa eſt aperta. et Socrates indoctus eſt doctus. Baculus integer eſt fractus. Candela lucens eſt extincta. et plures alie. Si tamen negantur aliquādo erit in ſenſu in quo ſiũt et non in ſenſu quem faciunt.

Tertia regula.

❡ Tertia regula. copula de futuro ampliat terminos precedentes ad duas temporis diferentias. ſ. ad illud

quod eſt vel erit et reſtringit ſequētes pro futuro. in hac propoſitione aliquo tēpore ī aliquo loco hominis equs fuit currens omnes t'mini precedētes ampliātur ly currens reſtringitur. ſequētes tamē veniūt cōcedēde in rigore et de virtute ſermonis. antechriſtus vnius anni p̄dicabit: corrupta erit virgo. ſenex erit iuuenis. Que ſi videntur negāde ꝛ falſe. eſt in ſenſu in quo fiūt de quib' dicendū ſicut de illis de preterito. Et ratio regule eodē modo deducetur ſicut ratio p̄me regule ꝛ ꝓpterea non immoror. ¶ De participio futuri conſimilem omnino regulā pones ſicut pro participio de preterito. In hac virtus eſt optanda. antexp̄s eſt futurus ſubiecta ampliātur in hac antexp̄s eſt hō futurus ꝛ ly antexp̄s. et ly hō ampliantur. in iſta futurus eſt antechriſtus ly antixp̄s reſtringitur pro futuro. Ex quo ſequit' has eſſe cōcedēdas virtute ſermonis caro comeſta eſt comedenda. hereticus in inferno eſt cōburēdus toleti. etſi negandas in ſenſu quo ſepe fiunt.

iiij. regula. ¶ Quarta regula. copula preteriti tēporis accepta cū participio futuri tēporis quod eſt totale predicatū aut principalis pars predicati vel adiectiuū partis principalis omnē terminū precedentē ampliat ad tres tēporis d'fas. ſ. preſens preteritum et futurū. in hac ꝓpoſitione plato fuit diligendus ſubiectū ampliatur ad tres tēporuz d'fas. ſequentē t'n terminū ampliat ad duas ad preteritū. ſ. et futurū vt in hac fuit plato diligēdus:

v. regula. ¶ Quinta regula. omnis copula futuri temporis accepta cum participio preteriti temporis in recto quod eſt totale predicatum vel principalior pars predicati aut adiectiuū partis pricipalis omnez terminuz precedentem ampliat ad tres temporis differentias. ſ. preſens preteritū et futuruz. Et omnez ſequentez ampliat ad duas ſolum temporuz d'fas ſcilicet preterituz et futuruz. ſubiectum huius propoſitionis antechriſtus erit productus ampliatur ad tres temporū d'fas: ſed in iſta propoſitione erit productus antechriſtus: termin' antechriſtus pro eo ſolo qui fuit aut erit tenetur. Poſſent ex hac et proxima precedente regula inferri aliquot propoſitiones cōcedende que prima fronte videntur negāde. ſicut in quattuor primis regulis propoſitiones quedam veniunt cōcedēde que cauſa breuitatis dimitūtur. Et propter eandem etiam non ſuadetur has regulas eē cōformes cōmuni modo cōcipiendi ſicuti et omnes ſequentes. ingenioſus t'n lector illud facile poterit ſuadere.

vj. regula. ¶ Sexta regula. omnis copula diſiuncta ex verbo preſenti et preterito omnem terminuz antecedētez ac omnem ſequentem ampliat ad duas temporum d'fas ſub diſiūctione. ſ. ad preſens ꝛ preterituz naz in hac propoſitione ſocrates eſt vel fuit animal et ſubiectuz ꝛ predicatuz ampliantur ad illud quod eſt vel fuit.

vij. regula. ¶ Omnis copula diſiuncta ex verbo preſenti et futuro omnez terminuz precedentez et ſequentez ampliat ad duas temporuz d'fas. ſ. preſens et futuruz vt ibi plato eſt vel erit animal.

viij. regula ¶ Octaua regula. oīs copula diſiuncta ex verbo preterito et futuro omnem precedentem terminuz ampliat ad tres temporū d'fas videlicet preſens preteritum et futurum. ſed ſequentez ad ſolas duas ad preterituz ſcilicet et futurū vt in iſta hō fuit vel erit animal. ſubiectū ad tres predicatū ad duas d'fas tēporis ampliat'. ¶ Si t'n fuerit copula diſiuncta ex de preſenti preterito ꝛ futuro ad tres ampliat vtrinqꝫ. vt hic plato ē vel erit ſubſtantia.

ix. regula. ¶ Omnis copula copulata ex verbis diuerſoꝝ tēpoꝝ terminū p̄cedentē ampliat ſub diſiunctione et predicatū reſtringit ſub copulatione vt hic ſocrates eſt ꝛ fuit homo doctus. Et hic plato eſt et erit et fuit hō ignar'. nam in prima ſubiectū ſtat ꝓ illo qd eſt vel fuit et predicatū pro illo quod eſt ꝛ fuit in ſcd'a vero ſubiectū ad illud qd eſt vel erit. vel fuit et p̄dicatū reſtrigitur ſub copulatione. ad eaſdem differentias.

x. regula. ¶ Decima regula. iſta quattuor aduerbia. poſſibilit'. impoſſibiliter. contingēter. neceſſario. et iſtud verbuz pōt. et ſuū participiū potens ampliant t'os tam p̄cedētes qꝫ ſequētes ad q̄ttuor tēporis d'fas. vt ibi ethiops poſſibilit' eſt alb'. facile pones alioꝝ exēpla ſi loco e ly poſſibilit' ponas quencūqꝫ alioꝝ terminorum.

xj. regula. ¶ Regula vndecima: verbale in bile vel in tiuū āpliat et t'os ſequētes ꝛ precedētes ad quattuor tēpoꝝ d'fas. vt hic cicero eſt generabilis a patre ſuo. ꝛ ly cicero ꝛ ly patre ampliatur ad illud qd ē. vel fuit. vel erit. vel pōt eſſe. Unde ſequitur has eſſe concedēdas res corrupta eſt corruptibil'. res genita ē gn̄abil'. ¶ Scias t'n t'minū qui ampliat' quādoqꝫ ampliari pro ſolo formali ſigato tri āpliātis ꝛ aliqn̄ ꝓ materiali et formali ſimul. ſi ergo ſubiectū hui' antexp̄s eſt riſibil' ſolū ꝓ formali amplie' dicet' falſa ꝓ quāto duo īportat vnū eſt antexp̄m eſſe. et alterū eſt ip̄m eſſe aptū natū ridere. ſi t'n ꝓ formali ꝛ materiali āplietur vera eſt ꝓpō qꝛ t'ūc ſigat qꝫ antexp̄s qui eſt. vel fuit. vel erit. vel pōt eſſe eſt aptus natus ridere.

xij. regula. ¶ Duodecima regula. verbū ſigans ꝓductionē vt fio. produco. genero. ampliat t'rum in quē vis talis verbi cadit ad preſens ꝛ futurū. ſiue t'rus ip̄m ſequatur ſiue precedat vt in iſtis dom' fit. fit dom'. ſi t'n ſit verbum importans corruptionē ampliat ad preſens et preterituz vt ibi corrumpitur domus. domus corrumpitur. anichilatur ſocrates. ſocrates anichilatur.

xiij. regula. ¶ Tredecia regula. verbū aut participiū ſigans actū aīe interiorē ampliat t'rum in quē vis tal' verbi aut participij cadit ad quinqꝫ tēporis d'fas. ſ. preſens. preteritū. ꝛ futuꝝ poſſibile ꝛ imaginabile. vt in iſtis ſocrates intelligit chimerā. ly chimerā modo predicto āpliatur nō t'n ly ſocrates et ly tragelafus ibi tragelafus intelligit' tragelafus cognoſcitur. ſi t'n hec ampliatio ad quinqꝫ ſit ponenda: alias eſt diſputādū. ¶ De verbis īportātib' inceptionē aut deſitionē nichil hic dico in exponibilibus habet videri. ¶ Notes etiā qꝫ cōmunit' dicit' t'rum rectū ex vi cauſe ampliari ad preſens et preteritum vt ibi ego habeo opera Platonis ly platonis. ſed dicerē illud non eſſe verū qꝛ talis ꝓpoſitio ſūmitur vt ſub intelligatur verbum ampliatiuū. ſ. ego habeo opera que fuerunt platonis.

De mō arguēdi ī ampliationib'. ¶ De modo arguēdi in āpliationib' ſunt etiā aliquot regule prima. valet ꝯn̄a arguēdo affirmatiue a nō amplo ad amplū vel a minus amplo ad magis amplū ſine diſtributione ampli aut magis ampli qꝛ bene ſequitur Socrates currit ergo ſocrates poſſibiliter currit. Et hic etiā ſocrates fuit currēs. ergo ſocrates poſſibiliter fuit currens ſed nō ſequitur oīs homo eſt ſocrates. ergo oīs hō poſſibil' eſt ſocrates. ¶ Secūda regula. bene ſequitur negatiue arguēdo ab amplo ad nō amplū vel a magis amplo ad minus amplū cū diſtributione ampli vt hic null' hō poſſibil' eſt ſocrates. ergo null' hō fuit ſocrates. ¶ Tertia regula negatiue arguendo aut affirmatiue a nō amplo ad amplū vel a minus amplo ad magis amplū diſtributo amplo non valet ꝯn̄a ſaltē gr'a forme vt nō ſequitur oē ens eſt vel fuit de'. ergo oē ens pōt eſſe de'. nec hic nullū aīal eſt vel fuit albū. ergo nullū aīal pōt eſſe albū. Iſta tradita ſunt tibi de āpliatione ſicuti cōmunit' tradunt' plane ac rude ī ꝓceſſu logices lati' viſur' es oīa ac exacti'. De cognitione t'n veritatis ac falſitatis ꝓpōnū ī qb' t'rī āpliant' breuit' vidēdū etiā eſt. Pro quo ſit regula ſequens.

¶ Ueritas et falſitas propoſitionū de preterito aut futuro. aut ꝓpoſitionū in quibus ponitur ampliatio ad tres vel ad pauciores tēporis drās quod fit mediantibus verbis de futuro aut preterito cognoſcēda eſt per propoſitionē de ineſſe illi correſpōdentē. Propoſitio de ineſſe eſt ꝓpoſitio cuiꝰ copula eſt verbū preſentis tēporis indicatiui modi. ¶ Pro quo intelligendo notes ꝙ ſi aliquid fuit. oportet ꝙ aliquādo de ipſo verum fuiſſet dicere tēpore preterito hoc eſt eodē demonſtrato. certe ſi Michael fuit: verū fuit dicere de illo aliquādo hoc eſt: Ex quo ſequitur propoſitioni de preterito enūciāti adam fuiſſe ſicut eſt iſta michael fuit correſpōdere ꝓpoſitionē de ineſſe verā pro tēpore pro quo enūciat iſta de preterito qꝛ enūciat ꝓ tēpore preterito. i. denotat ꝑdicatū illi conuenire pro tēpore ꝑterito. vt iſta adam eſt. fuit vera ꝓ tēpore pro quo predicta de preterito enūciat. Si igitur queratᷣ an hec ſit vera michael fuit āgelꝰ ſufficienter reſpōdetur ꝙ ſic qꝛ habuit aliquādo vnā de ineſſe verā vel illi correſpōdebat. Si tñ predicatū reſtringitur ꝓ illo quod eſt ⁊ fuit. vt ī iſta Plato eſt et fuit aïal ꝓpoſitio de ineſſe correſpōdens illi ꝓpoſitioni oportet et ꝙ ſit vera ⁊ ꝙ fuerit vera aliquando. Et ſi ampliātur ambo extrema vt hic Socrates eſt vel fuit homo ſufficit ꝙ ꝺ ineſſe aut ſit aut fuerit vera. conſimiliter dices de ꝓpoſitionibꝰ de futuro. in quibus ſunt vna aut plures copule ſub diſiunctiōe aut copulatione.

¶ Secunda regula veritas aut falſitas ꝓpoſitionum de poſſibili venit mēſurāda penes poſſibilitatē aut impoſſibilitatē de ineſſe illi correſpōdenti. qꝺ eſt dicere ſi propoſitio de preſenti ſimiliū extremoꝝ cum ꝓpoſitione de poſſibili fuerit poſſibilꝭ propoſitio de poſſibili eſt vera. ſi impoſſibili eſt falſa. iſta michael poſſibilitᷣ eſt angelus vera eſt etiaꝫ ſi michael non eſſet. qꝛ iſta eſſet poſſibilis michael eſt angelus. et iſta michael poſſibilitᷣ eſt Gabriel eſt falſa quod ex impoſſibilitate ſue de ineſſe iſtius. ſ. michael eſt gabriel cognoſcitur.

¶ Tertia regula veritas propoſitionis de impoſſibili per impoſſibilitatē ſue de ineſſe et falſitas ꝑ poſſibilitatē cognoſcenda venit iſta michael impoſſibilitᷣ eſt gabriel eſt vera. qꝛ iſta eſt īpoſſibilis michael eſt gabriel Et iſta eſt falſa gabriel impoſſibilitᷣ eſt angelus. qꝛ iſta eſt poſſibilꝭ michael eſt angelus.

¶ Quarta regula veritas propoſitionis de neceſſario cognoſcēda eſt penes neceſſitatē de ineſſe et falſitas penes contingentiā aut impoſſibilitatē. iſta deus neceſſario eſt ens eſt vera qꝛ iſta eſt neceſſaria deus eſt ens. et iſta falſa deus neceſſario eſt creatura. qꝛ iſta eſt īpoſſibilis deus eſt creatura. Et iſta etiā falſa deꝰ neceſſario eſt creans. qꝛ iſta cōtingens deꝰ eſt creans.

¶ Quinta regula veritas ꝓpoſitionis de cōtingenti regulanda venit penes contingentiā propoſitionis de ineſſe. iſta deus cōtingēter eſt creās vera eſt. qꝛ iſta eſt contingēs deus eſt creans. ⁊ falſitas penes nō cōtingētiā impoſſibilitatē. ſ. aut neceſſitatē de ineſſe. Iſta deꝰ contingēter eſt ens eſt falſa qꝛ iſta eſt neceſſaria deꝰ eſt ens. et iſta etiā deus contingēter eſt creatura qꝛ iſta impoſſibilis deus eſt creatura.

¶ Sed pro cognitione ampliori horum nota ſequentē regulā. Non oīs ꝓpoſitio de predictis in precedētibꝰ regulis īmediate ponēda ē ineſſe. ſed tantū illa que fuerit affirmatiua ſingularis cuius terminus precedēs copulā non fuerit cognotatiuus. nec ſignificans rem partibilē. nec diſtributus. nec infinitus. nec includēs copulā implicationis. nec determinatus ſigno exponibili. Nullā iſtarū īmediate pones ī eſſe. Socrates non fuit aïal. homo erit currēs. quilibet homo fuit Adam. albū fuit nigrū. Cicero erit entia. nō albuꝫ erit nigrū. ſocrates qui eſt fuit legens. tñ adam fuit homo ſed iſte oēs prius veniunt probande per alias regulas logices et deinde poteris ponere in eē q̄ndo facte fuerint tales quales regula tibi dicit excepta negatiua que nullo pacto per de ineſſe probāda venit. Do tñ tantū vnū exēplū de propoſitiōe in qua a parte ſubiecti ponitur terminus cōmunis diſtributus. nā de aliꝭ pro nūc tibi difficile erit deducere quo pacto non poſſunt īmediate probari ꝑ ſuas de ineſſe. iſta oīs homo fuit Adā conſtat eſſe falſam in cōmuni modo cōcipiendi et patet etiā qꝛ habet ſingulares plures falſas in quibꝰ demonſtrabis alios hoīes ab Adā. tñ ſi īmediate eſſet ponenda in eſſe. eſſet vera. qꝛ iſta oīs hō eſt aïal tēpore quo fuit adā ſolus: fuit vera dande ſunt igitur prius ſingulares illiꝰ et quālibet ſingularē ponere in eſſe cū quelibet facta ſit talis qualis regula enunciat. In primo tractatu deo opitulante videbis huius regule exactā declarationē in materia illa quā dicūt de modalibus. Nunc ponende ſunt regule concernentes materiam reſtrictionum.

¶ Prima. quilibet terminꝰ inferior additus tāto ſuperiori in eodē caſu reſtringit ſuperiorē ſcd̄m ſui exigētiā vt in iſta aïal hō currit ly hō reſtringit ly aïal vt ſtet pro homine ly rationale in hac aïal rationale legit vt ſtet pro rationali. ¶ Secūda omne adiectiuum reſpectu ſui ſubſtātiui reſtringit ipſuꝫ vt ſtet ſcd̄m ſui exigētiaꝫ vt in iſta hō albus diſputat ly albus facit illuꝫ terminum hō ſtare ac ſupponere ꝓ homine albo. ¶ Tertia obliquꝰ reſpectu ſui recti ſumptus: rectuꝫ ipſuꝫ reſtringit. vt ly hoīs in hac leo hominis quieſcit facit illū terminū. equs. ſtare pro equo hominis. cōſimiliter dicas ſi precedat. ſed hic nota ꝙ q̄ndo rectus precedit obliquū tunc vocatur determinatio vnica acceptione ſicut in ꝑdicta propoſitione qꝛ toti iſti aggregato leo hoīs tribuitur vnica acceptio ſeu vnica ſuppoſitio quādo precedit vocatur determinatio non vnica aceptione vt hic hoīs leo currit qꝛ iſti toti aggregato hoīs leo non tribuitur vnica ſuppoſitio ſꝫ plures nec penes vnā ſuppoſitionē ſubiecti aut verificationē venit iudicāda veritas illiꝰ ꝓpoſitionis vt alias videndū. Notes etiā ꝙ terminus reſtrictus vocatur determinabile et terminus reſtringens determinatio. Huic regule addas aliā ꝙ quādo obliquꝰ eſt determinatio vnica ⁊ reſtringit rectū ⁊ reſtringitur ab eo. q̄n vero ꝑcedit ſeu eſt determinatio non vnica reſtringit rectū nō tñ ab eo reſtrīgitur. iuxta cōmuniorē doctrinā. in hac hoīs leo rugit ly leo ſtat pro leone hoīs ly hoīs vero ꝓ quocūqꝫ hoīe ſiue poſſideat leonē ſiue nō. in hac vero leo hominis eſt piloſus ſtat ly hoīs ſolū ꝓ homine poſſidēte leonē. De quo ī primo tractatu latiꝰ. ¶ Ex hiꝭ potes aliā regulā inferre ꝙ oē aggregatū ex determinatione ⁊ determinabili ſupponit pro illo ⁊ ſolū illo ꝓ quo ſupponit aut reſtrictū eſt determinabile.

¶ Pro ſuppoſitione ſcd̄m ſtatū ponitur ſequens regula. oīs copula preſentis tēporis facit tam terminos ſequētes q̄ꝫ precedētes ſtare. ꝓ rebus preſentibꝰ ⁊ ſolū pro illis. et hoc eſt ſupponere ſecūdū ſtatū ampliationis hoc venit intelligendū ſi nō obuiet ampliatio aut reſtrictio nam ratione iſtius termini cōſtrigūtur ⁊ ratione illius extenduntur vt non ſecūdū ſtatum ſupponant vt viſum eſt. De ſtatu.

¶ Sed contra predicta dubitabis an ly hō in hac homo eſt pictus ſit ampliatio aut reſtrictio aut ſtatus. Dubia.

¶ Secundo dubitabis idē de ly hō in hac hō irrationalis diſputat. ¶ Tertio dubitabis idē de ſubiecto huius albū ſcd̄m dentes legit. ¶ Ad primū dico ꝙ ly hō

in illa propoſitione iuxta cōmunē doctrinā que tenet veritatē illius regule talia ſunt ſubiecta ⁊c. non reſtringitur nec ampliatur. vt patere pōt ex diffinitionibꝰ ampliationis ⁊ reſtrictionis. ſed dicunt ꝙ alienatur. nam ſi a parte predicati non poneretur ly pictus ly homo ſupponeret ſecundū ſignificationē ſecundū quā ſignificat hoīes viuos: tamen illa dictio pictus facit ipſum ſupponere ſecundū aliā ſignificationez qua ſignificat hoīes pictos obidqꝫ dicunt illum terminū alienari ab alia ſignificatione. Diffinieturqꝫ ſic alienatio. eſt terminus ſupponens pro aliquo ſecundum aliquā ſignificationē ratione alicuius termini: ꝓ quo non ſupponeret ſecundū illā ſignificationē illo termino ſecluſo. vt in exēplo predicto. atqꝫ etiaz hic homo eſt nomen. aīal eſt triſſilabū. faciunt illa predicata. ſubiecta alienari ne ſupponant ſecundū ſignificationez qua ſignificant ad placitū proprie. ſupponūt enim illa ratione illorū predicatorū ſecundū ſignificationē naturalr̄ cōmunem.

*Quid ſit alienatio.*

¶ Ad ſecundū dicitur ꝙ ly homo ibi nec reſtringitur nec ampliatur: ſed remouetur. qꝛ ſi non adderetur ſibi illa determinatio irrationalis ſupponeret pro hominibus illa tamen addita pro nullo ſupponit. Remouetur igitur a ſuppoſitione quaz haberet. Et diffinitur ſic remotio. eſt terminus nō ſupponens ratione alicuius determinationis qua ſecluſa ſupponeret. Et huiꝰ generis eſt quelibet determinatio repugnans. ¶ Ad tertiū dico ꝙ ſubiectū illius propoſitionis dicitur diminutio. quia ly albū ex ſe haberet ſupponere pro aliquo quod ſecundū ſe totū diceretur albū ratione tamē illiꝰ determinationis ſupponit pro aliquo quod eſt albū tātū in parte illa importata per determinationē. et diffinitur ſic diminutio. eſt terminus cōnotans ſuū ſignificatū formale adiacere parti ratione alicuius determinationis qua ſecluſa denotaret illud adiacere toti. vt in hac albū ſecundū dentes eſt ethiops. Plura alia ſaltē circa ampliationē ac reſtrictionē dicenda erant: ſed qꝛ latiſſime id determinabitur in materia modalium iſta ſufficiant.

*Quid ſit remotio.*

## De appellationibus conſideratio vltima.

APpellationes dialecticas logici inuenerunt ad ſaluandā veritatē pluriū ꝓpoſitionū: que iuxta cōmunem modū concipiendi vere apparent. eſſent tamen falſe ſecunduz alias regulas logicales. verbi gratia hec propoſitio ſocrates eſt bonꝰ faber. caſu quo ſocrates ſit peritus ī arte fabrili ſit tamē malus homo: paſſim conceditur. eiuſqꝫ veritas appellationi (vt videbis) inicitur. tamē ſecluſa appellatione iuxta alias regulas logice falſa iudicaretur. qꝛ ex ea ſequitur falſum qꝛ ſicut bene ſequitur plato eſt homo albus ergo plato eſt homo et plato eſt albus conſimiliter bene ſequitur: ſocrates eſt bonus faber ergo ſocrates eſt bonus: et ſocrates eſt faber: ſed in caſu predicto ꝯñs eſt falſuz. quia prima pars illius iſta ſcilicet ſocrates eſt bonus eſt falſa. quia ſignificat ſocratē eſſe bonū hoīem. quia adiectiuū a parte predicati includit ſubſtantiuū poſitū a parte ſubiecti. appellatione tamē ſaluatur veritas illius antecedētis vt dictū eſt. Quod tamen non poteſt fieri niſi equiuocatione poſita in aliquo illorū terminorum. vt ſtatim videbis.

¶ Appellare (ſi grāmaticis credendū eſt) idem eſt ꝙ vnā rem alteri cōiungere aut applicare. ſic apud logicos tranſlaticie appellare. eſt ſignificatū vnius termini ſignificato alterius adnectere aut applicare. Et cōmuniter ſic diffinitur. ¶ Appellatio. eſt terminus cōnotatiuus in propoſitione exiſtens denotans ſuū ſignificatū formale conuenire aut applicari ſignificato alterius termini aut non cōuenire. vel terminus denotās rem aliqualiter ſe habere. ¶ Pro cuius diffinitionis intelligentia notetur. ꝙ multa nomina adiectiua ſunt equiuoca habentqꝫ plures ſignificationes. verbi gratia iſtud adiectiuū magnus habet vnā ſignificationem qua ſignificat magnitudinē corporis. que eius propia ſignificatio eſt. habet etiā aliā qua ſignificat peritiā in aliqua arte vel perfectionē in aliquo. que ſignificatio trāſlaticia eſt ⁊ vſu quodā introducta. nam cū nō eſſet vocabulū impoſitū ad ſignificādā talē peritiā aut perfectionē: neceſſitate quadā coacti: terminū ſignificātē magnitudinē corporis tranſtulerunt ad ſignificanduz peritiā predictā. quare peritus ī arte fabrili etſi ſit paruus corpore dicitur magꝰ faber. et eius peritia magnitudo. Conſimiliter dicendum eſt de ly bonus ꝙ ſignificat propia ſignificatione bonitatem in moribus tranſlaticie tamē et ex vſu propter vocabuli penuriā ſignificat peritiā aut perfectionē in aliqua arte. qꝛ cōceditur ꝙ plato eſt bonus pictor etſi malus ſit vir. et ꝙ eſt bonus vir: etſi non ſit peritus in arte depingendi. ſequit̄ quēlibet predictorū terminoꝝ habere duplicē cōnotationē duplexqꝫ ſigātū formale. Quare ſi in aliqua propoſitione ponatur cum ſuo ſubſtantiuo habet reddere illā equiuocaz. vt iſta ſocrates eſt bonus philoſophus eſt equiuoca ac diſtinguenda qꝛ aut in illa denotatur ſignificatū formale de ly bonus quod eſt bonitas in moribus cōuenire ſignificato materiali de ly philoſophꝰ puta hoī. ſi ſocrates ſit bonus moralit̄ ꝓpoſitio eſt vera. ſi vicioſus falſa. denotatur per illā ꝓpoſitionē Socratē cui contingit eſſe philoſophū eſſe bonū in moribus. ſi tamen denotetur idē formale conuenire ſignificato formali de ly philoſophꝰ ſic vt bonitas moralis denotetur conuenire philoſophie in eodez caſu ⁊ addito etiā ꝙ ſocrates ſit bonꝰ philoſophus: ꝓpoſitio eſt falſa. quia denotatur ꝙ ſocrates qꝛ eſt bonus vir eſt bonꝰ philoſophus quod eſt falſum. non eſt eniz bonitas moralis cauſa eſſendi peritū in philoſophia nec econuerſo. Si vero aliud ſignificatū formale de ly bonꝰ qḋ eſt peritia in aliqua arte denotetur conuenire ſignificato materiali de ly philoſophus puta homini. in caſu nuper tacto ꝓpoſitio eſt falſa. qꝛ denotatur per illā ſocratem habere peritiam in aliqua arte eo quod homo ſit ⁊ hoc eſt falſum qꝛ nō quicūqꝫ homo eſt in aliqua arte inſtructus. Si tamen denotetur illud formale conuenire formali de ly philoſophus aut materiali affecto formali ꝓpoſitio eſt vera in vltimo caſu. qꝛ denotatur per illam ſocratē eſſe peritū hoīem in philoſophia. Eodē modo de pluribꝰ alijs terminis adiectiuis diſtingues. ¶ Aliqua tamē ſunt adiectiua que etſi non habeant duas cōnotationes nichilominus tamen reddūt propoſitiōes equiuocas. Saltē illas in quibus ponuntur cum ſuis ſubſtantiuis cōnotatiuis vt ly albus in hac plato eſt albus logicus. ſi enim ſignificatū formale illius denotat̄ cōuenire materiali de ly logicus puta homini vera eſt propoſitio quia denotatur ꝙ plato cui cōtingit eſſe logicū eſt albus homo. Si tamē denotetur conuenire formali puta logice falſa eſt quia denotatur ꝙ eſt albus in logica vel ꝙ conuenit illi eſſe albū eo ꝙ logicus eſt. Ex quo ſequitur ꝙ equiuocatio in ꝓpoſitionibꝰ ꝓueniēs propter priora adiectiua et ꝓuenit ratiōe equiuocationis illaꝝ et ex diuerſo modo applicandi ſua ſignificata formalia ſignificatis formalibꝰ aut materialibꝰ ſui ſubſtantiui. Equiuocatio tamē proueniens ratione aliorū non ꝓuenit propter eorū equiuocationem: cum illa careant. ſed propter diuerſum modū aplicādi ſua cōnotata. vt viſum eſt. ¶ Sed vnū notato ꝙ ꝗzuis predicte

propoſitiones he et ille ſint equiuoce habeantqꝫ plures ſenſus: eſt tamen dubiū in quibus ſenſibꝰ ſumunt ī cōmuni modo cōcipiēdi vel quomodo applicāt ſuas cōnotationes adiectiua ſuis ſubſtātiuis: vt alique illarū vere ſint alique falſe. Ad hoc dubiū terminandū dico ꝙ inuente ſunt regule que cōmuniter ponuntur in materia appellationū. Quare regule q̄ cōformes ſunt cōmuni modo concipiendi apte ſunt: q̄ vero difformes inepte. Quibus premiſſis declaranda venit appellationis diffinitio. Nec mireris me in hac materia prolixiꝰ procedere q̄ ī aliis quia magis neceſſaria michi apparet pro altioribus diſciplinis et potiſſimū pro theologia q̄ alia de precedentibus. Et qꝛ in ꝓceſſu curſus fortaſſis nō erit locus tā aptus vt ꝺ illa diſſerat ſicut hic. ¶ In diffinitiōe ponitur tanq̄z terminꝰ cōmunior loco generis ly. terminus cōnotatiuus. nō eñi oīs terminus cōnotatiuus eſt appellatio. vt patet de cōnotatiuo extra ꝓpoſitionē. omnis tamē appellatio eſt terminꝰ cōnotatiuus. Verū tamen eſt ꝙ poteris dicere eque bene ꝺ abſoluto ꝙ ē appellatio ſicut de cōnotatiuo. nam ī hac ſocrates eſt hō albus: poteris dicere ꝙ ly hō appellat ſuū ſignificatū conuenire aut materiali aut formali de ly albus. Et tunc ſic diffinies appellationē. appellatio. eſt terminus denotās ſuū ſignificatuꝫ adiacere aut applicari alterius termini ſignificato ⁊c. Et michi iſta aptior diffinitio videtur et vocabulo cōuenietior. Sed quia prior cōmunior eſt eā explicare decreuimus. et cū pluribus loqui placuit. Dicitur conuenire propter terminos cōnotatiuos poſitiuos. dicitur vel non conuenire propter cōnotatiuos priuatiuos. Dicitur vel terminus ſincathegorematicus etiā: qꝛ in hac deꝰ neceſſario eſt creans ly neceſſario appellat quia denotat neceſſitatē conuenire deo reſpectu actus creandi. quare impertinenter ſe habent appellatio. ⁊ ſuppoſitio. Nec inconuenit eūdē terminū appellare ante ſe et poſt ſe. vt patet de ly neceſſario. Sequitur etiā quēlibet terminum ſincathegorematicū appellare. quia per propoſitioneꝫ ī qua ponitur: denotatur. rem t̄ri chategorematici quē determinat ſic ſe habere ſicuti per ipſum determinat. vt in hac plato eſt omne animal denotatur ꝙ plato eſt illud quod omne animal eſt. ſed notes ꝙ cōmunit non fit mentio de appellatione ratione cuius non variat veritas aut falſitas ꝓpoſitionis propter ſic aut ſic appellare. verbi gratia in hac ſocrates eſt homo albus q̄uis ly albus appellet ſupra ly homo. quia tamē nō pōt alio modo appellare nō fit cōmuniter caſus ꝺ illa. Sic etiā dicendū de pluribus propoſitionibus in quibus appellant termini ſincathegorematici. obidqꝫ logici non tradunt cōmuniter regulas niſi de ꝓpoſitionibus in quibus t̄mini poſſunt diuerſimode appellare. propter qꝺ ꝓpoſitio redditur equiuoca nunc vero vera nunc falſa. quod et nos faciemus. Prius tamen habita diuiſione appellationis. Que duplex eſt formalis et rōnis.

Appellatio duplex formalis ⁊ rationis.

¶ Appellatio formalis. eſt appellatio de ſuo ſignificato formali non importans actū mentis intellectiue nec ſenſitiue interioris nec exterioris. vt ly albus ī hac plato eſt albus. ly doctus ibi ſocrates eſt doctus logicus. que aptiori vocabulo realis diceretur. ¶ Appellatio rationis. eſt appellatio que de ſuo formali ſignificato importat actum mētis intellectiue aut ſenſitiue et huius interioris aut exterioris. Ut ly cognoſcens in iſta plato eſt cognoſcens venientē. ly intelligens ibi cicero eſt intelligens cauſam primā. Sed pro appellatione formali ponuntur aliquot regule.

Prima regula.

¶ Iuxta cōmunē modū concipiendi ſi adiectiuū et ſubſtantiuū ponantur a parte eiuſdē extremi adiectiuū appellat ſuū formale ad ſignificatum ſubſtantiui: ſi fuerit abſolutū. ſi tamē ſubſtantiuū fuerit cōnotatiuū appellat ad materiale ſubſtātiui vt affectū eſt formali. exemplum primi in hac ꝓpoſitione ſocrates eſt homo albus ly albꝰ appellat albedinē ad hominē. exemplū ſecūdi in hac plato eſt logicus magnus ly magnus appellat magnitudinē quatenꝰ logicus eſt vel ratione logice. homo enim ſignificatum materiale eſt de ly logicus. denotatur per illā propoſitionē in cōmuni modo concipiendi ꝙ plato eſt peritus in logica q̄uis ſimpliciter pōt ly magnꝰ appellare ad ſolū materiale. ⁊ ꝓpoſitio erit falſa in caſu ꝙ ſocrates ſit bonus logicus corpore tamen puſillus. ſed regula tenet ſecūdum ꝙ cōmuniter concipitur vt dictum eſt. ¶ Ex quo patet hanc cōſequentiā nullā eſſe. plato eſt logicꝰ magnus ergo plato eſt logicus: ⁊ plato eſt magnus. quia iſta ſecūda pars cōſequentis eſt falſa. quia cum adiectiuū includat ſuū ſubſtantiuū poſitū a parte ſubiecti appellat ſuū formale ad platonē. econuerſo etiā cōſequētia non valet nam caſu quo ſit ignarus logice corporis tamen proceritate magnus: añs eſt verū et cōſequens falſum. ¶ Et ex hoc ſequitur in cōmuni modo concipiendi hanc debere concedi hic logicus eſt magnus caſu quo Socrates qui demonſtratur ſit peritus in logica ⁊ corpore paruꝰ quia huic equiualet hic logicus eſt logicus magnus igitur ex regula concedenda. quod etiā ex hoc ſuadebis quia iſta conceditur hic grāmaticus eſt doctus q̄uis in omni ſcientia ſuperiori ſit ignarus et ad agibilia minime aptus. ſignū ergo eſt ly doctus includere ly grāmaticus. ¶ Sequitur tertio impertinens eſſe ꝙ precedat vel ſequatur adiectiuū ſuuꝫ ſubſtantiuū nam certe cōmuniter idē cōcipiunt hac audita ſocrates eſt bonus logicus et ſocrates eſt logicus bonus. Et hac etiā ſocrates eſt albus monachus ⁊ ſocrates eſt monachus albus appellat eñi in vtraqꝫ ly albus albedinē ad materiale de ly monachus affectū formali ſcilicet habitu monachali. Quare ſcias ꝙ ly monachus habet duas cōnotationes vna qua cōnotat habitū monachalē: alia qua cōnotat ꝓfeſſionē aut religionē. in cōmuni modo cōcipiendi capiuntur preaſſumpte ꝓpoſitiones vt dictū eſt quia de monacho beati Bernardi inducto alba cuculla dicitur ꝙ eſt albus monachus: aut monachus albꝰ quantūcūqꝫ ſit colore nigerrimꝰ.

¶ Sequitur preterea non debere adiectiuū appellare ſuū formale ſignificatū ad formale ſolū ſui ſubſtantiui quia alias ſequeretur iſtam eſſe impoſſibilē et falſā caſu quo ſocrates monachꝰ deceſſerit ab hac vita ſocrates eſt mortuus monachus quia mori (formale de ly mortuus) quod eſt ſeiūctio anime a corpore nō pōt cōpetere habitui. aut cuculle. Etiā iſta eſſet falſa ſocrates fuit occiſus epiſcopus in caſu quo Socrates tēpore quo erat epiſcopus eſſet occiſus. Etiā ſequeretur has eſſe veras deus eſt creator marmoreꝰ nā ly marmoreus ſignificat corpus de materiali cōnotando ꝙ ſit ꝺ natura marmoris et ly creator ſignificat deū cōnotando actuꝫ creādi ſi igitur actus creandi cōueniret marmori vt marmor illa ꝓpoſitione denotaretur ꝙ deus erat creator marmoris quod quidē veruꝫ eſt. ſed quantū ſit cōtra cōmunē modū concipiēdi norunt omnes. iſta etiā eſſet vera plato eſt logicus pater: poſitoqꝫ plato ſit ignarus logice et Cicero eius filius in eadem peritus. quod patet cū ſignificatū formale de ly pater ſit filius. Et ſecūda pars huius copulatiue Cicero fuit epiſcopus et plato eſt idē epiſcopus ſuppoſito ꝙ cicero reſignaſſet platoni epiſcopatū. Et iſta Ferdinādus fuit rer Hiſpanie et Carolus eſt idē rex quia idemptitas ſignificatū formale de ly idē denotatur conuenire dignitati epiſcopali aut regali que de formali impor-

tātur per iſtos terminos. epiſcopus. rex. ſed iſta obuia
ſunt cōmuni mō cōcipiēdi igiꝭ verū eſt correlariū.
¶ Sequitur amplius ꝙ falſuꝫ eſt dicere ꝙ quando ſe
habent adiectiuū ⁊ ſubſtantiuū a parte eiuſdē extremi
ꝙ ſignificatū formale adiectiui denotatur cōuenire ſo
lū materiali ſubſtantiui. qꝛ ſi ſic ſequeretur hanc ꝯñam
eſſe bonā ſocrates eſt bonus logicus ergo ſocrates eſt
bonus ⁊ ſocrates eſt logicus nam in antecedēte deno-
taretur bonitas cōuenire ſocrati vt hō eſt et nō qꝛ logi
cus ſed oſtenſum eſt illā eſſe malā nec debere concedi
iuxta cōmunē modū cōcipiendi. Et añs etiā eſſet verū
caſu quo ſocrates imperitus logicus ⁊ bonus hō mo-
raliꝭ. Et iſta plato eſt bonus fur caſu quo eſſet bonus
in morib⁹ ineptus tñ ad res alienas capiēdas. igitur.
¶ Sed aduerte ꝙ hoc intelligendū venit quādo non
eſt manifeſtū ac notū formale adiectiui nō poſſe cōpe-
tere aut repugnare formali ſubſtātiui. qꝛ tunc audien-
tes cōmuniter cōcipiunt formale vnius cōpetere ſoluꝫ
materiali nō tñ rationi formal' nec ipſi formali etiā. vt
eſt videre in hijs ſocrates eſt albus logicus. plato eſt ni
ger muſicus que ꝺ ſocrate logico et albo. ⁊ de platone
muſico ⁊ nigro cōmuniter conceduntur. Etiā concedūꝭ
iſte. logicus albus eſt in theatro. muſicus niger eſt in
eccleſia conſtat tñ ꝙ eſſent negāde ſi formale vni⁹ for
mali alterius cōueniret aut materiali affecto formali
aut ratione formal'. Nec hui⁹ ſicut nec regule queren-
da eſt alia ratio q̄ꝫ cōmunis modus concipiendi quem
logicus habet inſequi.

Secūda re gula.

¶ Secunda regula. verbū importās
actionē aut corruptioneꝫ per quā dicitur incipere aut
deſinere eſſe aliquid vt ſunt iſta facio. conſtruo. corrū-
po. deſtruo. ⁊ plura id genus appellant factionē aut de
ſtructionē que ſunt eoꝝ ſiḡata formalia ad ſignificatuꝫ
materiale affectū formali vel ratione formal' termini q̄
ab ipſis regitur vt in hac ꝓpoſitione ſocrates facit do-
mū denotatur ꝙ factio cōuenit ſignificato materiali ꝺ
ly domus affecto formali. i. lapidib⁹ parietib⁹ ⁊ lateri-
bus que ſe habent vt ſignificatū materiale rōne diſpo
ſitionis aut figure que eſt ſiḡatum formale. ſiḡat ly do
mus illa ex quib⁹ fit cognotando talē diſpoſitionē aut
figurā. per illā igitur propoſitionē nō denotatur ſocra
tē facere materiale dom⁹ lapides et cetera ſed facit ma
teriale affici vel eſſe ſub formali. ſ. ſub tali figura aut
diſpoſitione. Pro quo notes ꝙ duplex eſt factio quedā
eſt factio ſimpl'r alia eſt factio ſecūdū qd. factio ſimpl'r
eſt actio qua incipit eſſe de nouo res q̄ antea non erat
ſic deus dicitur facere hoīem aut angelū qui ante non
erat. factio ſecundū quid eſt actio qua res q̄ antea erat
fit aliquo modo ſe habere qualiꝭ antea non ſe habebat
ſic ſocrates facit domū qꝛ ipſe nō facit de nouo lapides
eſſe aut terraꝫ ſed facit illa taliter ſe habere. habere. ſ.
talē figurā aut diſpoſitionē. ſic ſutor facit calceos quia
non facit coriū ſed ipſum diſponit. ſic ſtatuari⁹ non fa
cit lignū aut marmorē ſꝫ illa diſponit ſic dicas ꝺ deſtru
ctione aut corruptione. deus ſimpl'r corrumpit hoīem.
plato ſecundū quid deſtruit domū aut corrūpit qꝛ de-
ſtruit figurā ⁊ diſpoſitionē non tamē lapides nec ter-
rā et cetera. ¶ Sed circa hoc queres an regula ꝺbeat
intelligi indifferenter ſi tꝰus rectus a tali verbo prece
dat aut ſequatur. an. ſ. ſicut iſta ē vera ſocrates facit do
mū oporteat hanc eſſe verā ſocrates domū facit. Et ſi-
cut iſte ſunt falſe deus facit pc̄ꝭuꝫ. de⁹ facit malū an iſte
etiā deus pc̄ꝭuꝫ facit: deus malū facit. Ad hoc dico ꝙ in
cōmuni modo concipiendi idē iudicium eſt de iſta ⁊ de
illa. q̄ꝫuis logici cōmuniter aſſerant oppoſitū. qꝛ nega
rent iſtā ſocrates domū facit qꝛ dicunt per illā denota-
ri ſocratē domū ſimpliciter facere quoad materiale. ſ.

iſtā concederent deus pc̄ꝭum facit quia denotatur fa-
ctio quo ad materiale q̄ eſt factio ſimpliciꝭ. qꝛ volitio
nes malas in voluntate deus producit qꝛ cuꝫ entia ſint
poſitiua deus ad illoꝝ productionē ſicut ad productio-
nē albedinis et nigredinis concurrit. Dicerent igitur
illa verba a parte ante appellare ſua formalia ad matē
rialia tꝭoꝝ ab ipis rectoꝝ. Dico ego tñ ꝙ hoc dicere eſt
loqui ad libitū omnino abſq ratiōe nec ꝓ ratione po-
terunt adducere cōmunē modū cōcipiendi qꝛ ſua aſſer
tio potius obuiat illi: certe cōmuniter concipiētes ⁊ do
cti in omnib⁹ alijs qui tñ hanc illoꝝ aſſertionē igno-
rarent ſicut hanc negarent deus facit pc̄ꝭuꝫ ⁊ hanc de⁹
peccatū facit. Et ſicut hanc concederent plato facit do-
mū et hanc plato domū facit. Bene ego concedo ꝙ po-
tuerūt ipſi vti hac ꝓpoſitione deus peccatū facit ad dā
dū intelligere ꝙ deus facit reꝫ peccati nō ea ratiōe qua
peccatū eſt ſed etiā poterāt vti iſta deus facit peccatuꝫ
et ꝙ per eam dareꭍ intelligi ꝙ deus facit peccatū nō tñ
ea ratione qua pc̄ꝭm. Si tamen petas a me quādoqui-
dē ego non pono diſcrimē inter illas ꝓpoſitiones quā
ꝓpoſitione aut quo pacto explicabo ego factionē dei
in ordine ad volitiones malas q̄ peccata ſunt. Dico ti-
bi ꝙ ſic: de⁹ facit volitiones q̄ ſunt male non eo ꝙ male
ſed eo ꝙ entia poſitiua ſunt. Si placet tamē poteris vti
ſuo modo loquendi qꝛ cū conſtet de re: in vocib⁹ paruꝫ
refert ſic aut ſic enunciare. ego tamen ſto in cōmuni mo
do concipiendi.

¶ Tertia regula. ſolet cōmuniter po
ni ſic quando duo termini cognotatiui conſtituūt vnū
terminū cōplexuꝫ vnica acceptione quoꝝ neuter eſt am
pliatiuus appellant ſua ſignificata formalia ſuis matē
rialibus adiacere tēpore eodē. quare iſta cōceditur ſo
crates vidit papā ſi ipſum tēpore quo erat papa vidit
non tamen aliter. quidā hō percuſſit regē Ferdinandū
que vera eſt qꝛ tēpore quo regnabat ipſuꝫ i collo apud
barchinonēſes ꝑcuſſit. nō eſſet vera ſi anteq̄ rex eſſet
percuſſiſſet. Ratio regule aſſignatur qꝛ cū ſit cōplexū
vnica acceptione reputabitur vnicus ⁊ ſimplex termi-
nus et ſic denotabitur verificatio ꝓ eodē tēpore. Dicūt
etiā regulā tenere verū ſiue illi termini ſe habeāt tāq̄
adiectiuū ⁊ ſubſtātiuū ſiue tāq̄ dictio regēs ⁊ dictio re
cta. iſta conceditur plato fuit legens in domo alba ſi le
git tēpore quo de albata erat ſi autē legit in illa anteq̄
de albaretur ꝓpoſitio eſſet falſa. Ex qua regula q̄plu
rimas inferunt copulatiuas que quidē aures offendūt
et ſapientū et inſipientū. dicūt hanc eſſe concedendam
ego percuſſi papā et nullū papā percuſſi. carnes crude
comedentur a me ſed nō comedentur a me carnes cru
de. Bertha virgo peperit. ⁊ berta non peperit virgo.
Apoſtoli idiote predicauerunt ſed non predicauerunt
apoſtoli idiote. Cras non predicabit cardinalis ⁊ cras
cardinalis predicabit. Alij adhuc ponunt diferentiam
inter iſtas ſocrates fuit papam videns et ſocratē papā
fuit videns.
¶ Sed cum eoꝝ bona venia omnia iſta irrationabiliꭍ
aſſeri iudico: ſuāq̄ regulā non conformari cōmuni mo
do concipiendi. quod demonſtrant copulatiue ille pre
dicte ab illis conceſſe. que certe contradictoria ⁊ in-
compoſſibilia ex verbis ipſis inuoluunt. certe ſi conſti-
tuamus in medium homineꝫ doctum in omnib⁹ alijs
ac prudentem preterq̄ ꝙ ignorat appellationum ma-
terias et petatur ab ipo de veritate iſtius copulatiue ſo
crates nō percuſſit regē ⁊ ſocrates regē percuſſit. ⁊ ſic
de alijs. certe ipſe ridens reſponderet. hec queſtio non
eget reſponſione none videtis iſtam copulatiuā repu
gnantiā inuoluere? Etiā ſi peteretur ſi plato vidit im
peratorē anteq̄ adiret Bononiaꝫ vt coronā acciperet

Tertia re gula.

et tamen nunq̄ poſtea vidiſſet eum an eſſet illa ꝓpoſitio vera plato vidit imperatorē certe diceret quis dubitat. Dico ergo ꝙ ad cōſtituēdas regulas logicales i appellationibus ⁊ aliis materiebus oportet illas cōſtituere ex modo cōmuni concipiēdi quē haberēt hoīes ante cognitionē appellationis alias eſt caput frāgere oleūq; perdere ac operā i regulis ad libitū accumulādis laborare. ¶ Si tamē petas a me quo modo ego ponā diſcrimē in explicando platonē vidiſſe papā tēpore papatus, aut ſi vidit tēpore quo non erat papa quia ad hoc ipſi tradiderūt predictā regulam. dico ꝙ ſi vidiſſet hoc vel illo tēpore ego ſic explicaſſem plato vidit papā tēpore quo non erat papa vel ſic plato papā vidit tēpore quo erat papa. Certe multi dicunt de dn̄o nr̄o papa Paulo tertio ego vidi papā vxoratū ac res agere vxorias. nō tn̄ illud dicerent ſi iuxta comunē modū cōcipiēdi ac loquendi non eſſet vera. Bene tamē ego video ꝙ ipſi tradiderunt hanc regulā. vt facilius et breui⁹ aſſignarent predictū diſcrimē aut diferentiā ⁊ voluerunt fortaſſis inter ipos duntaxat regulā tenere propoſitioneſq; predictas concedi. ego tamen ſemper ſum in cōmuni modo concipiendi.

Quarta regula.

¶ Quarta regula. ly neceſſario et ly contingenter appellāt neceſſitatē aut cōtingentiā quā important ad vnionē extremoꝝ et ad materiale affectū formali tꝯ ſequentis ipſum. in hac deus neceſſario eſt creās denotatur deo de neceſſitate cōuenire actus creādi. Et in hac deus contingenter eſt creans denotat deū contingenter ſe habere in ordine ad actū creandi. conſimili appellatione appellant plura aduerbia ſicut ſunt ly fortiter ly velociter. de modis poſſibilꝰ impoſſibilꝰ deq; verbis preteriti futuri aut preſentis tēporis non eſt dicendū ꝙ propie appellant: ſi tn̄ dixeris bene explicando nō peccaſti ſed qꝛ per ampliationē reſtrictionez aut ſtatū poſſunt ſaluari modi ſe habendi tꝯ reſpectu illoꝝ non curandū. Difficultates que circa appellationē de ly neceſſario et contingenter ſe offerunt non hic ſed in materia modaliū examinande.

Nota.

¶ Circa hanc appellationem formalem et potiſſimū circa materiā p̄me regule, aduertendū tibi eſt ꝙ non eodē modo loquendū eſt in terminis diuinis ſicut in aliis terminis ſicut multi perperā putant. nam ſi ſic: ſequitur ſicut he concedende eſſent iuxta regulā xp̄s fuit mortuus xp̄us fuit paſſus in cruce. iſte iuxta eandē eſſent negande xp̄us fuit eternus. xp̄s fuit procedens a patre. nam ſecundū thenorem regule cum predicatū includat ſubiectū denotatur predicata ſecundū ſuū formale cōuenire materiali de ly xp̄us ratione formali ſ. deo. ſ. ratione humanitatis aſſumpte: ex quo patet iſtaꝝ falſitas qꝛ xp̄o nō conuenit ratione humanitatis eſſe eternū. Et illaꝝ patet veritas nam xp̄o ratione humanitatis conuenit fuiſſe mortuū et paſſum ſed hereticū eſt negare illas ſecundo loco poſitas igit noſtra aſſertio vera. nō igitur ſecundū regulas appellationū debet de illis iudicari ſed penes ſenſus in quibus a ſanctis conceduntur aut negantur et ab eccleſia negari aut concedi precipitur. nam predictaꝝ prime cōceduntur vt formale predicati cōueniat materiali ſubiecti ratione formalis. Et ſecūdo loco poſite conceduntur vt formale predicati cōueniat materiali ſubiecti ſolū. non enim ex comuni modo cōcipiendi in terminis creaturaꝝ oportet dare regulaz loquendi. conſimiliter in terminis diuinis vel qui ad diuina transferuntur attentius quidē et limitatius ibi loquendū eſt iuxta regulas a ſanctis et eccl'ia nobis traditas q̄ in aliis. plura alia exempla tibi tradidiſſem niſi te potius ad theologiā ꝙ ad logicā prepararem. non enim oīa in oībus adducenda ſunt. Nec iſta quidē tibi traderez niſi pretendiſſez eadē a preſenti conſideratiōe oīo poſt hac exterminare. Nec conſulo iſta pueris declares ipſi enim ſolidiores facti per ſe illa intelligent.

¶ Sed pro prima regula plenius intelligenda nouiſſime tibi notandū ꝙ quādo adiectiuū habens duas cōnotationes ponitur cum ſubſtantiuo abſoluto ſemper appellat formale quod ſignificat ſignificatione primaria et non tranſlaticia. vt hic ſocrates eſt bon⁹ hō plato eſt magnū animal. ſi tn̄ fuerit ſubſtātiuū cōnotatiuū ſemꝑ appellat iuxta comunē modū cōcipiendi formale qd ſignificat ſignificatione tranſlaticia, vt hic plato eſt bonus philoſophus. Cicero eſt magnus rethoricus. Idē notabis pro materia tertie regule nam hic deus facit hoīem ly facit factionez dicit ſimpliciter ſed hic plato facit ſcanū denotat factionē ſecundū quid. Sed paruū dubiū circa hoc petes an ſi in aīa ego habeam iſtā ſocrates eſt bonus vbi ly bonus dicit bonitatē moris ſolum. alias eſſet equiuocatio in mente. ſi igitur poſtea addas ly bonus illū terminū logicus iuxta precedens notabile debet capi ly bonus vt cōnotat et appellat peritiaz. igitur vel cadit a ſignificatione qua prius ſignificabat bonitatē moralē vel eſt equiuocatio in mente. Ad hoc dico ꝙ iſta vocalis ſocrates eſt bon⁹ ſubordinatur huic mentali ſocrates eſt ſocrates bonus. et quādo vis ꝙ addatur poſtea ly logicus dico vel ꝙ non apte poteſt addi vel ſi addatur dico ly bonus appellare ſicut antea appellabat qꝛ cum ſic appellare conueniat ſibi a ſua natura non poteſt illo priuari dum eſt in mente dicereq; ꝑ illā propoſitionē denotari ſocratē eſſe bonū moraliter cui contingit eſſe logicū. Quis in voce aliter appareat qꝛ prouenit ex eo ꝙ poſſumus vti illo t'mino bon⁹ nūc ſecundū iſtam ſignificationē nunc ſecūdū aliam.

De appellatione rationis.

¶ Pro appellatione rationis cōmuniter notant aliqua p̄mo ꝙ dictiones faciētes appellationē rationis ſunt iſte video. audio. olfatio. guſto. tango. intelligo. cognoſco. concipio. aprehendo. deſidero. opto. appeto. diſcerno. iudico. imaginor. diligo. amo. odio. volo. promitto. et plura id genus. qꝛ omnia talia actum anime important. Notatur etiā ꝙ ſicut tꝯus cōnotatiuus pōt reſtringi quo ad ſuppoſitionē ſic etiaz quoad appellationē. in hac ꝓpoſitione ſocrates eſt conoſcens ly cognoſcens appellat indiferenter quālibet cognitionē ſocratē habere. Redditur illa propoſitio vera ſi ſocrates habeat cognitionē hoīs: aut lapidis: aut angeli. ſed ſi illū accuſatiuū hominē addas poſt ly cognoſcens reſtringitur ly cognoſcens ad appellandū ſolā cognitionē hoīs vt hō eſt vel ſub ratione hoīs adiacere vel conuenire ſocrati. et hoc appellare ſic reſtrictū in termino importante actuz anime interioris aut exterioris vocant appellationē rationis qꝛ actū rationis dicit. Ratio enī et mens aut anima pro eodē hic ſūmūtur. et diffinita eſt vt vidiſti. Pro qua ponitur quedam regula.

Regula.

¶ Acuſatiuus ſequēs verbū aut participiū importans actū anime interioris vel exterioris reſtringit tale verbū aut participiū ad appellandū conceptū propiū correſpōdentē illi acuſatiuo niſi aliquid additū impediat. vt in hac preaſūpta. ſocrates cognoſcit hoīes denotatur cognitio hoīs ꝓpia et vt homo eſt conuenire ſocrati ſic in iſta diligo deuz denotatur ꝙ dilectio propia dei michi conueniat. dicitur acuſatiuus ſequens verbū quia ſi precedat non tam arcte reſtringit illud verbū aut participiū ꝗuis aliquātulū reſtrigat. vt in hac ſocrates hoīem cognoſcit ly hoīem reſtrigit illud verbum cognoſcit vt appellet cognitionē aut cōceptū hoīs conuenire ſocrati non propium ſolum ſed

indiferenter ꝓpriū aut cōmunē quare ſi ſocrates habet
cōceptū cui ſubordinatur ly aīal ꝓpō iſta eſt vera ſocra
tes hoīez cognoſcit. dicitur niſi aliquid additū impe-
diat qꝛ in hac ſocrates cognoſcit hoīez cōceptu aīal' ly
cognoſcens nō appellat ꝓpriū cōceptū hoīs alias ſi ſo
crates haberet cōceptuz aīalis falſa eſſet illa ꝓpoſitio.
¶ Ex hac regula ſequitur hāc ꝯñaz et ſimiles nō vale
re ego cognoſco ſocratē ergo cognoſco hoīez. nec iſtaz
ego diligo verbū diuinuz ergo diligo deum nec ecōuer
ſo. Nec iſta cognoſco angelum ergo cognoſco ſpirituz.
nec iſta iudico angeluz loqui ergo iudico ſpiritū loqui
que offendūt oīum aures. ¶ Ex hac etiā regula infe-
rūt alias. Prima a propoſitiōe in qua acuſatiuꝰ ſequi
tur verbū importās actū anime ad ꝓpōnez in qua pre
cedit affirmatiue valet ꝯña ſꝫ nō ecōtra etiā cū diſtribu
tione tr̄i precedētis: bene ſequitur ego cognoſco hoīez
ergo hoīez cognoſco. etiā ſi inferas ergo oēm hoīez co
gnoſco. Secūda, a ꝓpōne in qua acuſatiuus precedit ta
le verbū ad ꝓpōnem in qua ſequitur: valet ꝯña negati
ue. vt nullū hoīez conoſco ergo nō cognoſco hoīez. Ex
quibꝰ regulis plura abſurdiora ꝙ priꝰ intulimꝰ: ſequū
turque nollo hic inſerere ne ingenia vr̄a obtūdā. iſta
appellatio rōnis nec in rōne nec in cōmuni modo cōci
piēdi fundatur. cōmuniter cōcipiētes notū eſt ꝙ nō pone
rēt drām inter iſtas cognoſco hoīez: hominē cognoſco.
imo certe irriderent illos qui ponerēt. veruz ꝙ vt bre
uiꝰ ⁊ faciliꝰ ponerēt drām inter ſocratē habentē cogni
tionē ꝓpriā hominis aut inadequatā et cōmuniorē ⁊ vt
inter ſe faciliꝰ cōmunicarēt credo fuiſſe inuentā iſtam
appellationē et nō ex cōmuni modo cōcipiēdi cum illi
ſit oppoſita. nec miruz cum ſint artifices ab alijs diſtin
cti ꝙ vellint diſtincto idiomate vti. Et ocaſionē potue
runt habere ex ariſtotele in Elenchis hāc ꝯñam negan
te cognoſco coriſcū. coriſcus eſt veniēs ergo cognoſco
venientē videtur nō negaturū ſi inferres ergo venien
tē cognoſco. Et iſta de materia appellationuz. ſi q̃ ſup
ſunt in ꝓceſſu curſus deo dante tradētur. Regulas ſup
poſitionū appellationū et ampliationū. oportebat qui
dē exactiꝰ examinare aliquot ꝙ illaꝝ reſtringere ali-
quot extēdere ſed qꝛ id vobis modo captu difficile fo-
ret ſupſedeo in ꝓceſſu curſus id facturus. Aliqui etiā
ſunt tr̄i vt diſparati priuatiui. Etiā ly res ly in mortale
ly immobile et alij qui alias ſortiuntur ſig̃ationes ꝑſer
tim cum ad diuina trāſferuntur. quas quidē hic expli
care non expedit. eſſet. n. theologalia intēpeſtiue tra-
dere videbitis tēpore opportuno. imo in nullo magis
plus equo ab ſcriptoribꝰ in hijs principijs tradēdis ce
ſatuz eſt q̃ꝫ ꝙ diuina hic tractēt ac theologica miſceāt.
Quare finē imponimus nr̄e dialectice ꝑparationi: pre
paratos nos inueniat ille ad celeſtia regna qui ventu
rus eſt ſeculum ꝑ ignē iudicare Jeſus xp̄s filiꝰ virgi-
nis qui eſt benedictus in ſecula. amen.

¶ Viſum ⁊ examinatum ex cōmiſſiōe illuſtriſſimi dn̄i
dn̄i Joānis de Tauera preſbiteri cardinalis ⁊ archiepī
Toletañ. ꝑ reuerēdos viros Doctorē ð Medina cathe
draticuz in theologia alme vniuerſitatis Cōplutenſis
⁊ Licentiatum Haſca vicarium in eodem loco. Haſca
licentiatus. Medina.

## ¶ Errata aliquot cōmiſſa in hoc libello inuenies: q̃ ad hunc modū corriges.

¶ Folio. ij. colūa. prima. vbi habetur pro veritatis tē-
pore. lege pro iuuentutis tēpore. Fo. iij. co. ij. vbi habe
tur ꝙ cōuertatur cum diffinito. lege cuz diffinitiōe. In
eodē folio ⁊ co. vbi habetur nec ſuperfluuz. lege ſuper
fluā. Fo. iiij. co. j. vbi habetur que ipſe cōmunis ſig̃at.
lege que ipſe cōmunior ſig̃at. Fo. v. co. ij. vbi habetur in
ſcripto imponerē. lege imponeret. Fo. vj. co. ij. vbi ha
betꝛ cōcedēdo negādo etiā. lege ⁊c. ꝑ ly etiā: Ibidē vbi
habetur ſi ꝯñs cōceſſiſti. lege añs. Ibidē vbi dicitur ar
guit inquā. lege nunq̃ꝫ. Fo. viij. co. iij. vbi dicitur itali
hiſpani. lege italū hiſpanū. In co. iiij. vbi dicitur quar
to libro. lege nr̄o libro. Fo. ix. co. j. vbi dr̄ ꝓpō in prima
linea. lege ꝑpoſitio. Ibidē vbi dr̄ ꝓportionalr̄. lege ꝓ
poſitionalr̄. Et vbi. dr̄ materialem. lege materiale. Et
vbi dr̄ ſcientifici co. iij. lege ſpecifici. Ibidē vbi dr̄ ſig̃a
tum eſt trāſcendentale. lege ſig̃at tranſcendentalr̄. Dr̄
ibidē vel aliquem moduz ſe habendi ſig̃are. remoue ly
ſig̃are et adde nō ex eo ſequitur illuz truz ſig̃are illam
rem vel illum modum ſe habendi. Ibidē vbi habetur
patuit. lege ponitur. Fo. x. co. j. vbi dr̄ ſic tñ et. lege ſi tñ
eſſet. Ibidē vbi bis dr̄ formale. lege formalis. Ibidem
vbi habetur cōiunctis ⁊ ꝓ ipſis loco de ly et. lege ⁊ nō.
Co. ij ibi. ſ. ſi nō ſit. lege ſi eiꝰ nō ſit. Ibi habes nō ſic.
lege ꝙ nō ſit. Vbi dr̄ impoſſibilē a chimera loco de ly
a. lege et. Ibidē vbi dr̄ adaptari cōmuniter. lege loco de
ly cōmuniter cōtra. Co. iij. vbi dr̄ nomē eſt verbum. loco
de ly eſt. lege et. Ibidē vbi habes cum nō ꝓpōne. lege
loco illiꝰ ly ꝓpoſitio. Co. iiij. vbi dr̄ ſibiqꝫ. lege ſignū
ꝗ. Ibidē vbi habes vna ratio. dele ly ratio. Fo. xj. co.
prima vbi dr̄. xviij. lege capl'o. viij. Ibidē loco huius
eſt nō hō viuus non eſt viuus. lege huiꝰ omnis hō eſt
viuus eſt omnis hō viuus eſt viuus. Ibidē vbi dr̄ vbi
habes qua impoſitione. lege qꝛ. Ibidē inuenies bis dif
finitionē tr̄i ſingularis. amplectere ſcd̄aꝫ. Co. iij. vbi ha
bes qꝛ licet. loco de ly licet pone habet. Ibidē vbi ha-
bes vbi eſt eadē. lege eandē. Vbi habes ibi non hic hō.
lege nō ly hō. Ibi habes poſſit de aliquo verificari. le
ge poſſit de pluribꝰ verificari. Fo. xij. co. iiij. vbi habe
tur tr̄i priuatiue oppoſiti ſi repugnāt. loco de ly priua
tiue. lege relatiue.

¶ Impreſſum Toleti apud Juannē de ayala
Anno dn̄i. M. d. xxxvij. Mēſe vero Nouēbri.

Dos de costo

2

tres

g

9

va_

nalum_

or am

n_teram

e_fructi

mus_do

s_nno d

ad

ce

te_

ressus_e

6

[illegible]

va

nalum

o[illegible] am

n terram

e fruct

nius d

mo d

ad

ce

te

ressus e



In nomine

Theologa

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL
Sala Reservado
Número 61

Clicto... derici. Summul 1511 = Com

Navers Di Luc. P... 1535 = Com

Encinas. sillogism. 1526 = Pari

Res. 61

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVI
Sala 1ª Est. 1 Ta